





(135)

1028 K 944

18,19

21

QVAEDAM

DE COGNITIONE A PRIORI QVALEM KANTIVS  
STATVERE VIDETVR DVBITATIONES

QVAS

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS VENIA

P R O   L O C O

INTER EOS QVI HVIC COLLEGIO ADVNCTI SVNT

RITE OCCVPANDO

DIE XIX. FEBR. A. C. CILOCCCC.

H. L. Q. C.

EXAMINANDAS PROFONIT

P R A E S E S

CAROLVS THEOPHILVS ANTON

AA. LL. M. ET PHIL. ORD. ASSESSOR EXTRAORD.

ASSVMTO SOCIO

IOANNE AVG VSTO ZEVNE

VITEBERGENSI

A A. LL. MAG.

VITEBERGAE

LITERIS TZSCHIEDRICHII

1800

GRATIUS  
SOCIATIONE LIBERI GALLIÆ MAGISTER  
SOCIATIONIS DALMATIÆ

ANNO MDCCLXVII OSPIZIIS LAMM

BOCO

Neque inter nos et eos, qui se scire arbitrantur, quidquam interest, nisi  
quod illi non dubitant, quin ea vera sint, quae defendant: nos pro-  
babilia multa habemus, quae sequi facile, affirmare vix possumus.

Cic. Acad. quæst. IV, 3.

COLLOQUE A HOMINIBVS ANTONI

AN LI TITIUS ET CICERO ET SOLOFONIUS

IOVANNI DE VADASZ DE EYNIE

ALPHONSE DE GRÈVE  
ET ILLIUS FONDATION

S. I.

**N**ecessitate, philosophiam, quam dicunt *criticam*, recte cognoscendi, perspecta, me KANTII scriptis legendis accinxii. At eius librum, qui recte omnis philosophiae fundamentum ponere iudicatur, a) perlegenti, idem mihi accidisse fateor, de quo plures questi sunt, quum easdem in eius sensu assequendo offendorem difficultates, quae iam multos ab hujus philosophi scriptis legendis absterruerunt. Neque mirum est, quum alii, adeoque plurimi, si ei, quod crebro dicitant, fides est, eorum, qui se KANTII discipuli iactent, magistrum, ingenio ipsorum longe superiorum, non intellexerint, me, qui parem animi in rebus philosophicis perscrutandis exercitationem ad KANTII librum legendum asserre haud potuerim, eius sententias densis inuolueris, quae non nisi acutissimi mentis oculi penetrare valeant, obiectas, non ubique recte perspexisse. Quod mihi passim evenisse, colligere licet inde, quod ipse impar sum diluendis dubitationibus de cognitione, omni experientia priore, qualem KANTIVS docere videatur, et cui omne philosophiae aedificium, quasi fundamento, superstrui voluit. De qua quam certo ipsi persuasum sit, inde patet, quod vir sumini acuminis, qui maximam vitae suae partem iis, quae proposituit, explorandis impenderit, eam, quam de rebus, ad rationem iudicandam pertinentibus, nobis exhibeat doctrinam, posse quidem non intelligi, sed nunquam refutari, ipse statuit. b) Quapropter non audeo, quae KANTIVS dixerit, ea resellere aliasque meliora edocere, sed potius, quae mihi in eius sententia obuenerint dubia, aliis, me longe doctioribus, iudicanda proponam, vt horum ingenii acumine atque doctrinae copia ad mentem KANTII altius inuestigandam atque ad eius argumenta rite assequenda adductus, reclus fortasse, quam his

a) Kritik der reinen Vernunft.

b) vid. praefat. ad l. l. edit. sec. pag. XLIII.

A

pagellis factum fuerit, res, philosophiam spectantes, dijudicare discant. Sed pluribus consilium meum ab arrogantiae specie defendere supervacaneum foret, quippe quum non, nisi ea libertate usurpus sum, quam KANTIVS omnibus, qui res philosophicas non spernunt, vltro concedit. c)

## §. 2.

Peperit vero exactior de nostrae cognitionis origine meditatio tria potissimum philosophorum genera, quorum primum, idque antiquissimum, cognitionem omnem nos haustis exsistat ex fonte experientiae, quippe quae sola animo humano rerum notitiam suppeditat; quae quidem philosophorum natio magnorum virorum mater exstitit, quorum HVMIVM illum et LOCKIVM facile principes numeraueris. Ad alterum philosophorum ordinem eos referimus, qui, res, quae sensibus obuersari videantur, vere extra mentem et cognitionem existare, negantes, re vera omni experientia sublata, ex mera rationis indole nostram cognitionem emanare statuant, necesse est, (*Idealistas* vulgo appellant. d) Tertia denique, quae hodie per totum fere orbem terrarum imperare studet, philosophorum gens e duplice cognitionis fonte, quae scit, haurire solet, vel ex vnu experientiae, vel ex ratione, ex huius servitute in libertatem, ipsorum ope, vindicata.

## §. 3.

Cognitio in uniuersum est definita cognitionum, nobis suppeditatarum, ad aliquam rem relatio. e) Illam vero cognitionem, cuius defensor exstitit KANTIVS, cognitionem *a priori* appellant, cuius qui-

c) vid. *Krit. d. r. V.* edit. sec. pag. 780. Zu dieser Freyheit gehört denn auch die, seine Gedanken, seine Zweifel, die man sich nicht selbst anflösen kann, öffentlich zur Beurtheilung auszuführen. Dies liegt schon in dem ursprünglichen Rechte der menschlichen Vernunft, die keinen andern Richter erkennt, als selbst wiederum die allgemeine Menschenvernunft, worin ein jeder seine Stimme hat.

d) recedit ab his BERKLEY, qui notiones rerum, in sensu incurrentium, referre statuit mundi corporis ideam, a natura infinita conceptam.

e) vid. *Krit. d. r. Vern.* p. 137. die Erkenntnisse bestehen in der bestimmten Beziehung gegebener Vorstellungen auf ein Object.

dem vocis sensus varius eget explicazione. Illud enim nomen cognitioni illi non ideo tribuitur, quia prior sit altera, quam cognitionem *a posteriori* vocare solent, sed quis fons eius, i. e. ratio prior fuerit, alterius fonte, scilicet experientia. Ipse enim KANTIVS, certum esse, affirmat, primam nostram cognitionem ab experientia esse petitam. Sed ne sic quidem notio illius formulae satis definita dici potest, quem duplex eius usus obtineat. Dicunt enim etiam eam cognitionem *a priori*, quae experientia nititur, vbi eam non ipsis sensibus, sed ratiocinando fuerint asscuti, quamquam, quam regula illa, quam ratiocinantes secuti sunt, non, nisi per experientiam iis innotuerit, si rem recte assimes, cognition illa ab eadem originem ducat. Sic, ut KANTII ipsis exemplo utar, qui aedium fundamentum destruxit, ipsius rationis ope perspicere potuisse dicitur, domum casuram fuisse, si vel maxime, eam vere cecidisse, experientia duce, nondum intellexerit, licet id non, nisi huius adiumento colligere potuerit, utpote ex qua constaret, corpora grauia, fulcro erto, concidere. Quo quidem sensu KANTIVS cognitionem, a ratione petitam, non vult intelligi, quippe quae ipsi sit ab omni experientia plane libera; cuius quidem duo iterum fecerit genera, alterum eius, quam *puram*, alterum illius, quam *mixtam* dicit. f)

Quibus declaratis atque expeditis, nostram de cognitionis humanae fonte sententiam primum exponemus, et deinde, quantum id virium concesserit imbecillitas, ab aduersariorum obiectionibus vindicabimus.

#### PARS PRIMA.

##### *De modo res cognoscendi.*

###### §. 4.

Hominem, omnis cognitionis expertem, nec, nisi facultate, res vario modo percipiendi, i.e. cognitionem, experientia duce, sibi comparandi,

A 2.

f) vid. Krit. d. r. Vern. pag. 3.

praeditum nasci, vix est, quod dubites. Quod enim KANTIVS dicit, nostrae cognitionis aliquam partem ex ratione erui, quomodo id fieri queat sine experientia, non intelligimus. Licit enim concedi debeat, hominem ex se ipso quaedam cognoscere posse, id tamen perficere nequit, nisi se ipso obseruando, i. e. sua natura atque indole perscrutanda, quod et ipsum experientiam efficit, eamque *internam*. Solent enim eam experientiae partem, ad quam nos rerum, a nobis separatarum, conditio perducit, *externam*; illam vero, quae nobis contingit animi nostri mutationibus obseruandis, *internam* vocare. Quomodo enim ex ratione aliquid cognoscere possis, nisi ratione obseruanda, quum ea per naturam suam non sit variae cognitionis receptaculum, sed potius vis animi, de rebus, aliunde petitis, iudicandi, non intelligitur. *Obseruatio* vero est rerum consideratio, eo consilio instituta, ut notas, iis proprias, cognosceremus; et rerum complexus, quas obseruatione cognouimus, *experiencia* dicitur, siue, vt KANTIVM sequar, cognitio inde orta, quod rudem rerum, quae sensus afficiunt, materiem comparando, coniungendo et sejungendo, i. e. obseruando, in ordinem redeginus, g) siue, vt paucis dicam, cognitio, quae res obseruando definit. h) Quodsi omnia alia tibi videantur, defendas, oportet, cognitionem innatam, quam homo, ut primum natus fuerit, naturae dono habeat, a LOCKIO iam satis idoneis argumentis rejectam. i)

## §. 5.

Atque cognitionem, quam, rationis esse, dicunt, quodammodo niti experientia, suspicari vel id nos iubet, quod nunquam experientiam praecedere potest. Nam duo genera cognitionis, a se plane diuersa, pro lubitu vel hoc, vel illo ordine sese possunt excipere. At fortasse dixeris: oportet, vt ea cognitio, quae ipsi rationi est propria, experientia duce, eruat, quum formam rerum constitutat, quam animaliuertere non potes, nisi materia tibi ab experientia suppeditata. Quodsi ad cognitionem illam, quam experientia priorem esse, dicunt,

g) vid. ibid. pag. 1. h) pag. 218.

i) vid. *Essay concerning human Understanding*, lib. I.

non potes peruenire, nisi experientiae via, vnde constat, eam ab ea  
dem non pendere?

§. 6.

Id quidem REINHOLDVS ex ipfa facultatis cognoscendi natura demonstrasse sibi videtur; sed vereor, vt satis certo offendit. Si enim ipsius mentem recte cepimus, omnia eo redeunt: tria esse ad omnem notionem (*Vorstellung*) necessaria: 1) aliquem, qui cogitet; 2) rem, quae cogitetur, et 3) rei notionem, a re ipfa diversam, k) quam quidem, dicit, locum habere non posse, nisi ad rem, de qua sermo sit, atque ad eum, qui cogitet, relate fuerit. 1) Notioni dicit necessario intercedere nexus cum re cogitata, quippe quae *materialis* suppeditet, atque cum eo, qui rem cogitet, a quo *forma* notio-  
ni tribui soleat. Sed non videtur necesse, vt res peculiariter quadam forma ab eo, qui cogitet, concipiatur. Notioni enim nexus cum cogitante eo iam effici potest, quod menti rei *imago* quaedam m)  
inesset coepit. Eo vero, quod aliquid *esse* dicis, quod antea non erat,  
eius notionem plane non mutas. Nam ei nihil adiicis, quum id *esse*  
statuis; id, quod recte obseruauit KANTIVS. n) Quae quum ita  
sint, non video, quare rei, vbi notio eius concepta fuerit, aliquid a  
nostra mente addatur, necesse sit, quum eo, quod, alicuius rei notio-  
nem mihi esse, dico, non, nisi id velim, rem, quae antea a mea  
cogitandi vi plane remota, extiterat, iam a me cogitari, i. e. in  
mente mea quasi existere; licet id nunquam negauerim, fieri posse, vt  
aliquid a nobis rerum notioni tribuatur, rebus ipsis minime conue-  
niens.

k) in libello notissimo *Theorie des menschl. Vorstellungsvermögens*, p. 200.

l) ibid. pag. 244. 256.

m) Scimus quidem, REINHOLDV (l. l. pag. 240) improbaſſe eos, qui  
ſtatauit, notiones esse rerum imagines. Sed quo iure, nondum vi-  
dimus. Licet enim, id quod acutē monet, (pag. 242) fieri nequeat, vt  
ſimilitudo, quae rei fit cum notione, demonſtretur, eam tamen nullam  
effe, ex mea opinione etiam ostendi non potest. Hinc notiōnem lo-  
cum habere posſe, etiamſi nulla ei a cogitante tribuatur forma, nobis  
perſuadēmus.

n) Kr. d. r. V. pag. 626.

§. 7.

Alius fortasse illud argumentum, quo veritas cognitionis, non profectae ab experientia, dubia reddi videtur, ita infirmare conatus fuerit, ut, nostram cognitionem omnem experientia excitari debere, dicat. Sed ea excitare quidem nos potest ad res ratiocinando ex iis, quae experientiae ipsis beneficio intelleximus, inueniendas, at nullo pacto ad res, quae plane non pendent ab ipsa, cognoscendas. Quo enim vinculo cognitionis, quae experientia innititur, cum illa, quae sola ratione efficitur, nexa, ad hanc nos ducat?

§. 8.

Quodsi cum REINHOLDO,<sup>o)</sup> eam cognitionem rationis solius esse, dixeris, quae ad leges spectet, ipsi nostrae cognoscendi facultati praescriptas, hanc et ipsam experientiae acceptam referendam esse putauerim. Concessis enim omnibus, quae REINHOLDVS disputat de ratione ad notiones perueniendi, id tamen certum manet, eam ipsam, atque omnem facultatis cognoscendi naturam non, nisi ea obseruanda, posse a nobis dijudicari.

§. 9.

Illa vero cognitionis, quam KANTIVS mixtam a priori dicit, quia notiones, ad quas pertineat, experientiae originem debeant, nulla esse videtur. Qui enim de re, quam ipsam, mera experientia doctus, noueris, aliquid affirmare, vel negare possis, quod non eadem didiceris magistra, non possumus cogitatione assequi. Rei, quam non, nisi visu quis cognoverit, quid conueniat, vnde intelligere potest, nisi ex ipsa experientia? Quibus igitur mathematicorum regulis et physicorum legibus KANTIVS originem, ab experientia liberam, tribuit, licet ad res pertineant, quae non, nisi eius ope nosse possis, iis nos eandem concedere nequimus.

§. 10.

Praeterea quum KANTIVS omnia, quae cogitemus, inania esse, largiatur, nisi quatenus ad experientiam pertineant, p)<sup>o</sup> non alia cogni-

o) l. 1. pag. 304. p) Kr. d. r. V. pag. 267.

tio videtur posse locum habere, nisi quae eidem debeatur. Cogitata enim inania, i. e. ea, quibus nullam rem animo concipis, non possunt cognosci, quia, si quid, quod cognoscet, continerent, non essent inania. Conditionem autem omnis experientiae, quam dicit, q)  
vereor, ut sine hac possis cognoscere.

§. 11.

Homo igitur, omni cognitione desitutus, sensibus vero ita inserviuntur, vt rebus obuiis affici, i. e. vt instrumentorum, quibus sensus sentire reique adspectabilis imaginem animo inprimere possit, ei vel altius, vel leuius inherentem, prout eum vel fortius vel lenius vel longiori vel breviori temporis spatio, vel sola, vel multis aliis adiuncta, afficerit ita, vt animus ad eam vel magis vel minus attenderet, (quam quidem mentis facultatem rerum imaginem quandam recipiendi perceptionem dicunt,) huius imaginis partibus, vt ipsi offeruntur, in unum coniunctis, notionem gignere videtur, quae, nisi sensus eodem modo saepius feriantur, nec homo singulis rei notis satis attente spectauerit, obscura manet, adeoque paulatim immunitur; at, vbi saepius animo repetita et accuratius perspecta fuerit, clarior exsilit animoque infixa haeret, (quae animi actio retentio dicitur.)

§. 12.

Potes inde iudicare, quo iure REINHOLDVS r) duplicem animi facultatem ad notiones concipiendas requirat, alteram, qua earum materia animo recipiatur, quam receptuitatem, alteram, qua sponte a mente formetur, quam sponteitatem dicere ei placuit. Id enim verum videtur, animum rerum materiem, sibi oblatam, quasi recipere; sed utrum formam, ab ea alienam, addat, de eo dubitari posse, supra vidimus. Videtur igitur omnis animi actio, quatenus cognoscendo exercerit, absolvi eo, quod rerum partes distincte illustrat, distinctasque aliquo ordine, sive eodem, quo ipsi in rerum natura coniunctae apparent, sive alio, copulat.

q) Kr. d. r. V. pag. 267.

r) l. l. pag. 264. coll. pag. 267.

§. 13.

Homo vero, sensuum auxilio plurium notionum particeps factus, his inter se comparandis, similibus a dissimilibus segregandis, iis, quae similibus repererit communia, retentis, illis autem, quibus singulæ a singulis discrepant, abiectis, notiones format, quae quodam sensu dici possint notiones ex ratione profectæ, quia iis nulla res, per experientiam obuia, responderet, s) (*uniuersales* dicunt), quamquam eas, eadem adiutrice, ortas esse, cognouimus. Sed praeter hanc mentis facultatem notiones formandi, alia quoque in animo reperiuntur vis notiones creandi, ab experientia ipsa alienas, dum vel phantasiae ope aut rerum notas singulas vario modo a se inuicem discernendo aliaque ratione coniungendo, non, nisi libidinis imperio obtemperans, miras gigant animi quasi imagines, aut notiones, ab experientia suppeditatas, augendo in nouas quasi conformat, vel, ratione duce, e rebus, ipsa experientia oblatis, aliarum rerum, sensus haud tangentium, notiones deriuat.

§. 14.

Possunt igitur quinque notionum t) genera constitui, quorum priora quatuor menti, quae solet ex notis, suppeditatis ab experientia, notiones componere, ultimum vero rationi debetur, quae, experientiam contemplata, ratiocinando ad nouas transire consuevit. Primum genus est earum, quas experientia niti, nemo non videt, quem iis res in hac rerum natura respondeant, cuius generis due deprehenduntur formæ vel species, quarum altera ab experientia externa, vt notio certi cuiusdam hominis, altera ab interna, vt notio alicius cogitationis, originem dicit, (notiones individuales dicunt). u) Alterum genus

s) vnde factum est, vt *Nominalistæ* et *Realistæ*, quos vocant, de iis tantopere dimicarent.

t) hac voce vñs sum sensu latissimo, ita, vt omnia cogitata animi exprimat.

u) Lockivs (l. l. lib. II. cap. 3. §. 1. in comp. Dresd. p. 19. 20) has notiones in *ideas simplices* dissoluit, quae singulis rerum virtutibus efficiantur, quarum quatuor genera constituit: 1) earum, quae per vnum

genus iis efficitur, quas mens, experientia duce, effingit, notas, pluribus rebus communes, reliquis abiectis, in vnum coniungens ita, vt huic non competit, nisi, quod in omnibus rebus singulis, sibi inuicem similibus, reprehendere possis, qualis est notio coloris viridis, equi, hominis, (*notiones uniuersales vocant*). Tertium genus facimus earum, quas, rerum notis singulis sciuntis atque pro lubitu ad nullas leges accomodate ex pluribus rebus in vnam coniunctis, mens procreat phantasiae auxilio, vt Pegasí notionem, (*phantasiae imagines*). Quarto generi eas tribuimus, quas animus per phantasiam ita auxit, vt in rerum natura agnoscit non amplius possint, vt notio pulchritudinis, Dei etc. (*ideas dixeris.*) quod quidem genus PLATONEM ad mundum illum idealem fingendum impulit.<sup>v</sup> Quintum his adiungi debet genus earum, ad quas nos, de rerum natura ratiocinantes, ducit experientia, vt ad iuris, officii etc. notionem, (*notiones rationales*).

### §. 15.

Homo vero, vbi experientiam secutus, varias animo concepit rerum notiones, ratione duce, iudicat, atque ex iudiciis, quae vera esse, cognouit, aliorum veritatem colligit. In iudicando duas notio-

sensum, (sc. externum), in mentem incurvant; 2) earum, quae per plures sensus (sc. exteros) mentem subeant; 3) earum, quae a sola reflexione (i. e. sensu interno cfr. lib. II. cap. I. §. 4.) orientur, et 4) illarum, quae viam sibi aperiant et menti suggestantur per omnes modos sentiendi tam exteros, quam internos.

<sup>v</sup> vid. PHAEDON, §. 19. vbi expressis verbis inuenies: ὅν ταῦτα τέ τα ἵστα καὶ αὐτὸ τὸ ἕστη, vnde patet, discriben inter ideam aequalis (αὐτὸ τὸ ἕστη) et aequalis notionem, quam vobis ipse nobis exhibet (ταῦτα τὰ ἵστα) ipsum offendisse. Erat vero PLATONIS sententia KANTIANAE in eo similis, quod etiam ille cognitionem, experientia priorem, statuit, sed longe recedit ab hac eo, quod nobis notiones non, nisi vobis suppeditari posse, existimat, vid. ibid. καὶ τοῦδε οὐαλογόμεν, μή αἰλαθεν αὐτὸ ἐνενοχεῖται, μηδὲ δυνατὸν εἶναι ἐννοεῖσθαι, αἴδη η ἐκ τῆς ιδεῶν η ἀψιχασθαι η ἐπ τοσο αἰδην τῶν αἰδηνοτεον, ideoque ideas ex mundi alienius, a nostro diaetisi, experientia deriuat. Pergit enim: πρὸ τῆς ἀρχεσθαις ημάς, οἷον η αἴσθησιν καὶ ταῦτα αἰσθάνεσθαι, τυχεῖν εδει πει εἰλιθότας επισημην ωτε τε ἵστη μη μετα-

nes aut coniungit ita, ut vel notam quandam, notioni, de qua sermo est, propriam, eliciat et enunciando ipsi addat, (*in iudicio analyticō*), vel totam notionem sibi ipsi adjungat, (*in iudicio identico*), w) vel notionem aliam, quae priore plane non continebatur, adiiciat, (*in iudicio synthetico*); aut disiungit ita, ut vel rei, quod notis eius contrarium est, (*in iudicio analyticō*), vel, quod, licet cum eius notis coniungi possit, ei tamen non inesse, cognovit (*in iudicio synthetico*), abiudicet. Iudicia, quae idem per idem exprimunt, et ea, quae aliquid, ex rei natura depromtum, eidem dicendo adiungunt, ratione efficiuntur, nec experientia indigent, nisi, quatenus rei notio, de qua agitur, hac duce, formari debet. Illa vero, quae, quod in rei notione non cogitatur, ei tamen competere affirmant, alia quadam experientia nitantur, oportet, qua cognoscamus, necesse est, conuenire aliqui rei hanc notam, quam ei iam tribuimus.

## §. 16.

Quibus omnibus iam expositis, opus videtur, ut illum modum, quo hominum cognitionem effici, putamus, ab aduersariorum obiecctionibus defendamus, h. e. demonstremus, qua ratione omnis illa cognitionis, quam KANTIVS aliique ab experientia pendere, negarunt, ex hac, tanquam e fonte suo, hausta esse possit.

## PARS SECUNDA.

*Rationis, qua hominem ad cognitionem rerum peruenire diximus, defensio.*

## §. 17.

Quum tria tractari soleant de cognitione nostra capita ab iis, qui logices praeceptis nos imbuunt, quorum primo ea, quae ad notiones, altero, quae ad enunciationes, tertio denique, quae ad conclusiones

w) KANTIVS (*Kr. d. r. V.* pag. 10.) hoc genere omisso, duo tantum constituit genera, licet, id a reliquis distinere, facile pareat, cum neque rei, de qua loquimur, aliquid noui addat, neque adeo rei notio nem in notis singulis dissoluat.

pertinent, explicare amant: nos hanc alteram disputationis nostrae partem in duo dispescimus capita, quorum prius de notionibus, et alterum de enunciationibus aget, quarum originem, ex sola ratione ductam, propugnant. Quae enim conclusionem attinent, non est, quod pluribus exponantur, quem colligere non possis, nisi ex notionibus atque enunciationibus; quarum origine ex ipsa experientia perspecta, etiam ea, quae concludendo intelligimus, eodem fundamento niti, appetit, quamvis, munus colligendi proprium esse rationi, lu- benter concedamus.

## C A P . I .

*De notionibus, quae ex fonte experientiae haustae esse multis non videntur.*

## §. 18.

Ad eas notiones, quas KANTIVS rerum experientiam praecedere, ideoque ab hac non pendere, iudicat, pertinet iaprimis *spatii* notio, sine qua ne experientiam quidem locum habere posse, contendit. Nam

1) monet, x) opus esse spatii notione ad res, variis in locis positas, cogitandas. Sed quam certum id est in rebus absentibus, quippe quas cogitare non posses in loco, si spatii notione careres, tam incertum videtur esse in iis, quas oculorum adspectu cognoscimus. Ipsa enim varia ratio, qua, prout vel remotiores, vel propiores nobis fuerint, sensus afficiunt, nos docet, eas diuersis in locis esse, spatii que notiōnem ipse adspectus nobis exhibet;

2) fieri non posse, contendit, vt, spatium rebus deesse, cogitemus. At nec illud fieri potest, vt omnes res a spatio remotas putemus. Nam spatium non potes cogitare, nisi limitibus, licet longe remotis, inclusum. y) Merae enim argutiae sunt, quibus demonstrari arbi-

## B 2

x) Kr. d. r. V. pag. 38 seq.

y) hinc refutatissime dicit KANTIVS (Kr. d. r. V. pag. 349): *wenn das Licht nicht den Sinnen gegeben worden, so kann man sich auch keine Finsternis, und wenn nicht ausgedeutete Wesen wahrgenommen werden, keinen Raum vorstellen.*

trantur, nos spatium sine rebus cogitare. LOCKIUS v. c. 2) a quolibet concessum iri, existimat, hominem, a Deo in extremo rerum ad spectabilium termino locatum, manum ultra corpus extendere posse, quia nulla re impediatur, phantasae scilicet fraude deceptus, qua, quia ad certarum rerum fines progressus, spatium, (alii videlicet finibus circumscriptum,) inuenieris, idem te, vbi ad omnium rerum terminum processeris, offensurum putas, quoniam extremos omnium rerum fines animo comprehendere nequeas, quia eos, experientia in hac re destitutus, nunquam cognouisti;

3) vnum spatium nos cogitare, obseruat, nosque, vbi de pluribus locuti fuerimus, vniuersitas partes singulas intelligere. Sed hoc inde euenit, quia amplissimis, quibus possumus, limitibus spatium circumscribere solemus, eiusque ne certos quidem fines constituere possumus, quoniam, quid in rerum natura extrellum sit, ignoremus. Hinc, vbi cunque spatium nos inuenire putamus, ibi partem vniuersitatis spatii, cuius notionem animo concepimus, rerum aspectu adiuti, reperi nobis videatur, praesertim quoniam eius partes nulla varietate distinguuntur inter se possint. Neque sola plurium spatiiorum notio limitum cogitatione nititur, vt KANTIO aliquo loco videtur, sed ipsa vniuersitas spatii notio;

4) spatium ut infinite datum a nobis cogitari, KANTIUS recte animaduerit. Sed inde non sequitur, eius notio ex ipso experientia non esse deductam. Licerit enim ea nihil infiniti nobis exhibeat, phantasia tamen auxiliatrice, spatium in immensum augeri potest. Sed spatium infinitum humana mente concipi nequit, at spatium, infinite datum, agnoscimus, h. e. tale, cuius limites nobis ignoti sunt.

Neque intelligimus, quid singulare in spatii notione deprehendisse sibi videatur KANTIUS, quoniam dicit, a) id, quasi infinitam spatiorum multitudinem contineret, cogitari. Nam vitri quoque notio ita cogitare potes, quasi infinitam partium vitrearum sive vitro-

z) vid. I. l. lib. II. cap. 13. §. 21. vbi verba haec leges: *I would ask, Whether if God placed a Man at the extremity of corporeal Beings, he could not stretch his Hand beyond his Body?*

a) Kr. d. r. V. p. 40.

rum copiam complectetur. b) Videtur igitur spatii notione id exprimi, quod res intercedere, oculis videmus. c)

At, obiicis, definis, quid sit interuallum, non vero, quid sit spatium. Sane quidem. Nam nullum aliud intercedit spatium inter atque interuallum discrimen, d) nisi id, quod interualli verbum tum adhibetur, quum limitum mentio facta fuerit, spatii vero tum, quum illi reticentur, e) atque illud angustiori sensu dicitur, ita, ut fola longitudo, qua res discent, respiciatur, quam hoc, quod latitudinem et altitudinem simul complectitur. Locum vero eam spatii

b) Praeterea KANTIVS (*Kr. d. r. V. p. 34*) spatii notionem rationi insesse, ab experientia liberam, his verbis probare studet: *in der Erscheinung nenne ich das, was der Empfindung corrspondirt, die Materie derselben, dasenige aber, welches macht, dass das Mannichfaltige der Erscheinung in gewissen Verhältnissen geordnet werden kann, nenne ich die Form der Erscheinung.* Da das, worinnen sich die Empfindungen allein ordnen, und in gewisse Form gestellten werden können, nicht selbst wiederum Empfindung seyn kann, so ist uns zwar die Materie aller Erscheinung nur a posteriori gegeben, die Form derselben aber muß zu ihnen insgesamme im Gemüthe a priori bereit liegen. Sed non intelligo, quidni ipsa materia, in formam iam redacta, nobis suppeditari possit, qua nobis appareat, vnde constet, formam rerum, ut recte a philosopho a materia distinguitur, ita etiam in rerum natura ab ea esse separatam, ut, qui mensam confixerit, non, nisi ligneam quandam materiam, cui ipse formam mensiae cogitando impre- sit, vidisse dicendus sit.

c) Potes inde iudicare, quare limites spatii a Deo remouerint; nempe, quia, eum spiritum esse, iudicarunt; qui, quum sit partium expers, quomodo de eo id dici possit, quod partes intercedat, non intelligitur.

d) Negat quidem ARISTOTELES (*Φυσικ. αρχαίον. lib. IV. cap. 6.*) spatium, sive locum, (nam spatii notionem non satis distinguere videtur,) esse interuallum, (*διάστημα*), eumque definit per πέρας τὰ περιχωράς τῶν σώματος, sed paullo post ad nostram sententiam propius accedere videtur, quum pergit: Φύλεται οὐ μόνον τὰ πέρατα τὰ σύγχειτα ὁ τόπος, απὸ καὶ τὸ μεταξὺ ὁ.

e) Obtinet igitur idem fere inter has voces discrimen, quod inter vocabula *liberi* et *liberrini*, quorum prius de eo usurpatum, qui in libertatem vindicatus est, vbi domini ratio habetur, posterius de eodem, si ad dominum non respexeris.

partem dicimus, quam re, in sensus incurrente, repletam, vel ei de-  
linquatam, cogitamus.

§. 19.

Neque omnibus, quae postulat, concessis, KANTIVS eo, quod  
notionem spatii, facultati fentiendi propriam, inhaerere dicit, expli-  
cuisse videtur, quomodo disciplinae mathematicae praecpta ita efferi  
possint, ut notioni aliquid *a priori* addatur, quod ipsi natura sua  
non conueriat. Nam quae de spatio in uniuersum valent, ea for-  
tasse dici possint experientia priora, non vero, quae mathematici de  
figuris eloquuntur, quarum cognitione certe nulla est sine experientia,  
quum vel ei, qui eas casu animo effinxerit, earum notitia non con-  
tingeret, nisi contemplatione, qua eas, in mente sua formatas, quasi  
conspiceret.

§. 20.

Simili modo etiam temporis notio, quam KANTIVS experien-  
tiā praecedere dixit, ex eadem genita esse videtur, et quidem ex  
vtraque, tam interna, quam externa, quum spatiī notio externe fol-  
lummodo debeatur. Inter res fluxas, siue prætereentes, simile quid f)  
animaduertimus, ei, quod inter permanentes obleruamus. Hoc  
spatiī, illud temporis g) vocabulo insigne solemus. Vnde fit, ut  
neque res gestas sine temporis, neque tempus sine rerum gestarum li-  
mitibus cogitare possimus. Quis enim est, qui aeternitatem animo  
complecti queat, cui non vertigo moueat, si multa annorum millia  
animo, vel regressus, vel progressus, fini se, cogitet, non accessisse  
propius? Loquimur quidem de aeternitate, audemus adeo eam de-  
finire, sed ita, ut terminis, quibus temporis notionem animo circum-  
scribimus, ab illa remotis, a mente humana capi non possit. Si quid  
aeterni cogitare tentamus, ingenti quasi errorum labyrintho impediti,

f) id vero, quum Deum neque ipsum mutari, neque rerum mutationi-  
bus affici posse, statuant, in hunc cadere non potest. Hinc recte a  
Deo temporis notionem remouerunt philosophi.

g) τὸ γὰρ ὄργανον τῶν νῦν χρόνος εἰναι δοκεῖ (ARIST. Φυσικ. αναζητ.  
lib. IV. cap. 16.)

ipſi denique quaſi aeternitatis mari immergimur. Euanescit paulatim cogitatio rei, quae cogitari nequit, quum nulla nobis sit temporis cognitio praeter eam, quam experientia ſuppeditet. Neque KANTIVS oſtendit videtur, temporis notionem plane omni experientia priorem eſſe. Nam quod, eam

1) iam animo infixam eſſe debere, dicit, h) ſi alia ſimul, alia variо tempore facta eſſe, cogitet, id non, niſi tum concedimus, quum res, omni earum ordine ſublato, inter ſe confuſae, ab animo noſtro ordinandae fuerint; ſed id erat probandum, res in eum ordinem, quo nobis apparent, non vere eſſe redactas. Si enim nos ordine eo afficiunt, quo nos eas percipiimus, iplis rebus ſentiendis temporis notionem aſequimur; i)

2) tempus ſine omnibus immutationibus cogitari poſſe, negamus, k) quia aeternitas, i.e. temporis, rebus geſtiſ non inclusi, notio humanae mentis fines excedit;

3) neque id, quod facile de tempore aliquid cum certitudine vniuersali enunciari poeſt, nobis iure opponitur. Nam id inde accedit, quod temporis notionem, ſimpliciſtimam quippe, facile perſpicere potes (§. 43).

4) vnum tempus ideo cogitamus, quia fines ampliſſimos animo concepiimus adeoque ne certos quidem eius limites cogitamus, ita, vt quaelibet pars temporis iis contineri videatur. Neque id nos vrget, quod varia tempora ſimul eſſe non poſſe, contendunt. Eſt enim

h) Kr. d. r. V. pag. 46 ſqq.

i) haec quaefio videtur ſimillima eſſe illi, quam de linguae origine moverunt. Ut, quia ratio vim exferere non poeſt ſine lingua, lingua ante rationis viam adſoilie, rebantur, idque neſigebant, lingua ipſa rationis vi eſſe inuentam, ſic, quia res cognoci non poeſt videtur ſine ſpatii temporisque notione, hanc rerum cognitionem praecellere, exiſtant, licet iplis rebus cognoscendis orta ſit.

k) unde recte de tempore ARISTOTLES (Φυσικ. αναρτ. lib. IV. c. 16.): ἀλλὰ μὴ inquit, εἰδὲ αὐτὸς γε μεταθεοῦς. ὅταν γάρ αὐτοὶ μηδὲν μεταβολῶν τὴν διάνοιαν, η̄ λαθόμεν μεταβάνοντες, οὐ δοκεῖ ἡμῖν γεγονέναι ὁ χρόνος.

haec enunciatio illius generis, quod a notione notam, ipsius naturae aduersam, remouet, (analytica.) Etenim temporum varietas efficitur eo, quod non simul sunt. Ergo varia tempora simul esse non possunt, quia ceteroquin non essent varia;

5) eo, quod omnia certa tempora vnius temporis partes esse iudicantur, non videtur euinci, hoc tempus re vera finibus carere, sed id tantum inde intelligitur, nos certos fines temporis ignorare, ideoque, omnes eius partes, nulla varietate a se inuicem distinctas, vnius temporis esse, statuere. Nam si quis omnem rerum naturam, qualis ac quantacunque fuerit, occasuram esse, putauerit, omnis etiam temporis finei simul venturum esse, intelliget. l)

### §. 21.

In qua quidem spatii temporisque notione, quam experientia nobis suppeditat, non acquiescens KANTIVS, quid spatium et tempus per se sit, inuestigare conatur, sua ipsius legi parum obtemperans. Vetus enim nos rerum naturam veram pererutari, quippe quam ab hominibus perspici posse, iure neget,<sup>m)</sup> quia nos eas cogitemus non, nisi tales, quales sensibus nostris percipiuntur. Videntur igitur spatii quoque et temporis notiones ita a nobis esse definitae, utrūque sensibus nostris obversatur. Si vero KANTIVS omnino negat, posse spatii vacui notionem sensibus cognosci, id quidem concedi debet, quatenus vacuum per se oculis conspicere nequit, improbandum vero videtur ideo, quia per res, a se seiunctas, etiam vacui quid inter ipsas animaduertimus; a qua quidem vacui notione

pro-

l) KANTIVS (*Kr. d. r. V.* pag. 241) ipse non negat, nos notiones spatii et temporis ab experientia deducere posse, quippe cui eas antea intulerimus. Si vero ex hac deriuari possunt, non video, unde constet, eas aliunde nobis innotuisse.

m) *Kr. d. r. V.* pag. 59. was es für eine Beziehung mit den Gegenständen an sich, und abgesondert von aller Receptivität unserer Sinnlichkeit haben möge, bleibt uns ganzlich unbekannt. Wir kennen nichts, als unsere Art, sie wahrzunehmen.

progressi sunt ad spatii notionem, illas in immensum feret amplificanda.

Ex his quum intelligatur, neque spatium, neque tempus infinitum animo concipi posse, vnde, quaeſo, inquis, animo nostro venit infinitatis notio? Respondemus: ex ipſa experientia, quae eti omnes res finitas nobis ostendat, tamen hos fines, quibus, res circumscriptas esse, videmus, non necessario esse ultimos, eadem demonstrat, dum nobis, angustiores v.c. cubiculi limites, transgressis, alios exhibet, donec iis, quos mente quidem, sed facto transgredi non licet, solummodo inclusi fuerimus. Quapropter phantasia horinoris, quia ultimos fines indagare non potest, sed iis, qui extremitate videantur, vteriores cogitare consuevit, infiniti quid sibi singit, si vel maxime eius notionem animo inprimere nequeat, n) id, quod commune est omnibus notionibus, quae, quale quid non sit, indicant, (quas schola negatiua nuncupat,) quippe quae definiri quidem a nobis possunt, notis, experientia cognitis, ab iis sciungendis, sed animo concipi nequeant, quia, notis abiectis, nihil restat, per quod res animo proponi ac cogitari possit. Hinc nec simplicitatis, nec spiritus, neque aliarum huius generis rerum distincta nobis est cognitione, quum enatae sint, iis, quae experientia duce, perspexerimus, ab illis remouendis.

§. 23.

Neque vero vim sentiendi tantum certis quibusdam notionibus inniti, contendit KANTIVS, verum etiam cogitandi facultatem, sive mente in sensu strictiori. Putat enim, fundamenta quasi cogitandi in nobis iacta esse, quibusdam notionibus, menti necessario infixis, quas quidem modo cogitandi formas, o) i.e. regulas, quibus omnia animi cogitata accommodari debeant, modo notiones p) dicit, quas vero a

n) hinc ipsum infinitum limitibus quodammodo circumscriperunt, quum definirent per id, οὐ μηδὲ εἶναι, et ARISTOTELES ipſa infiniti definitione modum, quo ad hanc notiōne peruenierit, indicat. Dicit enim id esse, Στοιχεῖα τι εἴσω ἐστι. (Φυσικ. αναφορ. lib. III. cap. 9.)

o) Kr. d. r. V. p. 288. p) ibidem, pag. 163.

C

cogitandi formis bene esse distingendas, inde patet, quod de plebe homines, vbi cogitant, regulas cogitandi sectentur, necesse est, licet ne cogitationis quidem, nedum cogitandi legum notionem habeant. Quapropter si vel maxime haec esset mentis humanae indoles, vt cogitare non posses, nisi normam illam sequens, eius tamen notionem non posses tibi acquirere, nisi experientia, quae te doceat, te cogitare. Hac enim doctus, vbi plures enunciations inter se contuleris et, quae iis omnibus communia sint, indagaueris, inuenies, nostram mentem ita esse comparatam, vt tria reperiatur in omni enunciatione, vel adeo in omni notione, (nam notionem re vera esse enunciationem, inde apparet, quod cogitari non potest, nisi per definitionem, quae quo plenior est atque accuratior, eo rectius aptiorque reperitur notio,) quum aliquid ad sit, oporteat, de quo loquamur, (*subiectum*) aliud, quod de eo dicamus, (*attributum*;) atque tertium, quo virumque vel coniungamus, vel disiungamus, (*copula*). Ulterius meditando progressus, te vel de re quadam singula, vel de pluribus, vel de multis, in unum quasi congesitis, h. e. de omnibus alicuius generis rebus aliquid dicere, reperies. Quo facto, experientia duce, ambitus subiecti varium cognoveris, oportet, quem *quantitatis* nomine vocare placuit KANTIO. Vbi vero ad attributum rei, accuratius inspicendum, perrexeris, hoc rei vel conuenire, vel ei non competere, intelligens, alteram illius generis notionem deprehendes, quam *qualitatem* dicunt. q) Reliquas illarum notionum, quas, nobis naturae quasi

¶ illud vero genus, quod *enunciationum infinitarum* voce exprimunt, nobis viderur non differre ab illo, quod negantes complectitur. KANTIO enim (Kr. d. r. V. p. 97.) id hoc exemplo illustrat: die Seele ist nicht sterblich, durch diesen Satz habe ich wirklich bejabt, indem ich die Seele in den unbefrânkten Umfang der nicht sterbenden Wesen setze. Id vero omnibus enunciationibus negantibus commune esse videretur, ut hoc modo in aientes mutari possint. REINHOLDVS (*Theorie des Erkenntnissvermögens*, p. 452.) de hac nota propositionum ita scribit: es ist etwas, das durch die Zusammensetzung, wodurch die objective Einheit entsteht, in den Inbegriff des Männlichfältigen, so aufgenommen wird, daß das Aufnehmen zugleich ausbliebt; im Subjekte wird durch das Positive zugleich etwas negativ gesetzt, und dem Gegenstände kommt das Merkmal

dono inesse, putant, stirpes inuenies, vbi ad copulam attenderis. Intelliges enim, attributum cum subiecto, vel sine omni conditione coniungi, (*categorice*), vel cum conditione, (*hypothetice*); vel ita, vt aliud simile addatur attributum, quorum quid rei vere conueniat, haud liqueat, (*disiunctive*), vnde ad eam notionem peruenies, quam *relationem* nuncupant. Vbi denique illam copulam ad tuam cogitandi rationem retuleris, tibi apparebit, te attributum, cum subiecto coniunctum, cogitare, vel ita, vt ea copulari posse, vel ita, vt ea copulata esse, vel denique sic, vt separari non posse videantur, vnde *modalitatis* formam effingere potes. Videntur igitur omnes illae notiones, quibus, nostram cognitionem nisi, dicunt, experientiae rufus inniti, nostrarque cognitionis fundamentum non tam in illis, quam in hac positum esse, r)

## C 2

der Limitation zu. Videtur igitur eiusmodi propositionem in mente habuisse: *vaca non est plane nigra*. Sed vel sic definitum illud genus comprehenditur illo, quod negantibus efficitur. Negatur enim, attributum nigri vaccae conuenire, et affirmatur, eam nigricare, eadem ratione, qua, aliqua virtute rei denegata, contrarium attributum eidem adscriptor. Est igitur diuersitas in verbis potius, quam in re, et fortasse REINHOLDVS ne vult quidem sic intelligi. PLATNERVS, vt etiam huius doctoris mei Venerandi mentionem iniciam, discrimen illud ita constituit, vt copulae in propositionibus negantibus, adiectio vero in infinitis negandi vim tribueret. Quia vero in qualibet enunciatione negante negationem, prout libuerit, vel ad copulam, vel ad attributum propositionis referre possit, parum iis videtur effici.

r) idem vidit NICOLAI in libello: *Gundiberts Leben und Meynungen*, pag. 15. vbi dicit: *das Vorworn der neuern Philosophen ist von binzen hergeholt, und gar nicht ein reines Vorworn zu nennen; ja selbst die Tafel der Kategorien ist aus Beobachtungen über das Denken entstanden, quibus censor eius in ephemeridibus eruditorum Gothaicis in seida 71. (den 1. Sept. 1798. p. 635.) haec opposuit: wenn ich nur durch Beobachtungen und Reflexion über das Denken zum deutlichen Bewußtseyn der Denkgesetze kommen kann, so schöpfe ich doch die Denkgesetze selbst nicht aus der Erfahrung, h.e. regulae cogitandi nobis praescriptae erant, antequam experientia eas edoceremur. At earum cognitio experientia tamen mititur, id est, quod a KANTII discipulis refellendum esse videtur. Si enim has regulas, non, nisi experientiae ope, cognoui-*

al. atrobius inclugoo ha id §. 24.

At fortasse ea nobis opponis, quibus aliquando PLATNERVM audi-  
vi, has notiones fundamentales quasi ab omni experientia liberas, de-  
fendentem, quippe qui, quum statueret, ad notionem alicuius rei co-  
gitandam opus esse, ut ipsa agnoscatur, i. e. ad certum genus refera-  
tur, s) nullam rerum notionem in nobis locum habere posse, contendit,  
nisi primae notiones, quarum octo constituit, t) nobis innatae  
essent, quia alioquin res, experientia obuias, generum summorum  
cognitione expertes, ad genera sua referre non possemus. Quum  
vero ipse sentiret, si nullae notiones adsint, nisi ad aliquod ge-  
nus relatae, primas quidem notiones adesse non posse, quia ad supe-  
rius genus referri nequeant, se re vera non intelligere notiones, sed  
facultatem, eas cogitandi, nos docuit; u) quam quidem nobis innata-  
m esse, nemo facile negauerit, nisi insanus, quia eas cogitamus.  
Sed quare praecipua quedam facultas illas notiones cogitandi nobis  
sit necessaria, non videmus. v) At cardo rei in eo potius versatur,  
num cognitio quedam nobis sit, que experientiae non debeat ori-  
ginem, num notiones menti inhaereant, ab experientia plane liberae,  
non vero, num cognoscendi facultas nobis sit. Nos vero, etiam si

mus, experientia vero id tantum demonstrat, vt ait KANTIVS, quod est, non  
vero quod, sit, necesse est, videtur non, nisi hoc affirmare posse, omnia  
quae ipse cogitasset et, quae ab aliis cogitata legisset, his cogitandi formis  
consentanea fuisse. Sed utrum in posterum omnia iisdem regulis  
conuenienter cogitari sint homines, non potest praedicere, quam-  
vis ipse cogitationes, ab hac norma recedentes, anima concipere ne-  
queat, quia eiusmodi quid experientia nunquam cognovit.

s) vid. eius *Lehrbuch der Logik und Metaphysik*, §. 62 sqq.

t) vid. ibid. §. 289. u) ibid. §. 293. no. 3.

v) neque patet, quomodo cum his conciliari possit, quod ipse (l.l. §. 63.)  
pueris recens natis, notiones esse, negat, quarum sibi conscientia sint;  
quia illi notionibus generum careant. Nam licet nos, ut primum na-  
ti fuerimus, notionum illarum non esse nobis conscientios, sed eas potius  
rebus, sensu obnoxii, demum excitari, dicat; id tamen non liquet,  
quidam in infantibus, simulaque iis res quaedam obuias factae fue-  
rint, excitentur perspicuaeque apparent.

illae notiones animo nostro per ipsam naturam non insideant, tamen res cognoscere posse, inde intelligitur, quod ad notionem aliquam concipiendam non, nisi id requiritur, ut singulas rei notas, animo in unum collectas, complectantur. Nam cogitare est *notas rerum varias in unum coniungere*. Vbi vero pluribus rebus, sibi simillimis, hoc modo cognitis, generis notio a nobis formata fuerit, tum profecto illud agnoscere PLATNERI locum habet, i. e. rosam, simulatque eam confixerat, ad genus rosarum, equum ad genus equorum etc. referto, eoque ipso notioni aliquid perspicuitatis addere videor. Sed quis unquam, vbi primum equum vidit, quem equi genus nondum nosset, eum referebat ad genus rerum per se existantium, vel sonum ad genus rerum non, nisi in aliis intueniendarum etc.? Illa igitur rerum in certa genera relatio non, nisi tum videtur locum habere, quem rerum singularum contemplatione generis notio eruta atque conformata fuerit.

### §. 25.

Sed notionem vel conscientiam nostram, quam probe distinguis, necesse est, a conscientia mutationum nostrarum, (sive personalitatis, quam vocant,) quippe quae cum illa ab HVMIO videatur esse commutata, w) ab omni experientia liberam nobis insidere, inde colligis, x) quod omnia, quae, hac duce, cognoverimus, veluti corporis partes et animi cogitationes, a nobis distinguere solemus, diversa quippe a nobismetipsis. Sed vel illa notio, qua, me esse, existimo, i. e. conscientia mei, (sive existentiae meae,) experientia debetur, qua, me agere, cognosco. Quocunque vero agit, id esse, colligo, quia esse nihil aliud significat, nisi aliquo modo vim exferere. y) Ita, ratione adiuuante, ex ipso vsu deriuari possit simplex illa notio, quam alias fortasse, phantasiae ope, ex eodem deduxerit, quem se, quem certo in statu esse, per experientiam intellexisset, alia aetate esse, alio munere

w) *Treat. of hum. Nat.* Vol. I. P. IV. Sect. 6.

x) haec est sententia PLATNERI (vid. *Lehrbuch der Logik u. Metaphysik*, §. 79.)

y) vt recte demonstrasse videtur PLATNERVS l. l. §. 339 lqq.

fungi, alio corpore vti etc. animo singeret, donec se, omni sua conditione per partes cogitando remota, ab omnibus rebus, quas experientia sibi adiunctas videret, distinguere didicerit. Nos igitur esse, docet nos experientia, eo, quod nobis demonstrat, quales simus.

§. 26.

Aliam notionem, quae non pendeat ab experientia, KANTIVS sibi reperisse visus est in notione *substantiae*, qua voce illud exprimit, quod, omnibus rerum notis sublati, restiterit; 2) quam vero notio nem te merae experientiae debere, facile patet; qua, rem, quibusdam eius notis sublati, non ipsam tolli, edocet, vti quum, te esse, cogitas, omnia, quae ad te fortuito pertinere videntur, paullatim sejungis; ita in hac notione formanda singulas rerum notas pedetentim omnes demis, et specie falsus, quia, notis singulis rei detractis, aliquid supererat, idem euenturum esse, existimas, omnibus eius notis remotis. Sed quod tunc remanserit, id cogitare nunquam poteris, quia omnibus indicis, quibus res quedam cognosci queat et quae nobis suppeditet visus, sublati, ipsa rei notio nobis crepta est. Nam rem cognoscimus per notas, ipsis proprias. Hinc LOCKIVS per vocem *substantiae* nihil significari, contendit, a) praeter opinionem incertam rei ignotae,

§. 27.

At Dei notio fortasse ad illas pertinet, quae ab experientia liberae, humano animo quasi impressae sint. Nam vbi est aliiquid, quod ei conueniat, in hoc terrarum orbe? Sed licet Deum nuspiciam conspicias, omnes tamen virtutes, quibus hanc naturam praeditam cogitas, quamquam et ipsis phantasiae vi in immensum audiis, experientiae

2) Kr. d. r. V. pag. 6.

a) vid. I. I. lib. I. cap. 3. §. 18. quo cum loco conferri haec possunt: *the ideas of substances are only such combinations of simple ideas as are taken to represent distinct particular things subsisting by themselves; in which the confused idea of substance is always the chief* (I. II. cap. 12. §. 6.) Specie in hac re fallimur, illi simillima, qua antiqui philosophi Sorite (Cic. acad. quaest. IV, 16. 29.) et Calui captiosis syllogismis alias impidere solebant.

beneficio cognouisti, neque aliud quicquam in Deo cogitando menti tribui potest, nisi id vnum, quod virtutes, in singulis hominibus obvias, summopere amplificatas, in vnum coniungit. Atque ipsa historia probat, rerum, quae nos vndique cingant, cognitionem vsumque hominem ad summi numinis cogitationem euhere potuisse. b) Nam erat is, qui primus monotheismi autor perhibetur, ANAXAGORAS, c) quamquam et ipse perfectam, quae nobis de Deo est, notionem nondum haberet, Deumque, quem non θεόν, sed νοῦν appellare solebat, non mundi creatorem, sed conditorem esse statueret, d) φυσικότατος vir, e) i. e. rerum naturae peritissimus, atque hac ipsa rerum indagatione, in primis coeli contemplatione ad Dei notionem ascendit. f) Nec non SOCRATES ex rerum institutione Dei prouidentiam collegit eiusque maiestatem, summo cultu dignam. f)

b) Neque aliud indicarunt scholastici, quum tres statuerent modos Deum cognoscendi, viam *causalitatis*, qua, quicquid requiritur ad res creandas, Deo tribuimus, viam *negationis*, qua ei ab iudicamus, quicquid manci atque imperfecti haec rerum natura suppeditar, et viam *enuntiae*, qua Deo omnia adscribuntur multo praestantiora et augustiora, quam ea in hac terra deprehendere potes.

c) vid. MEINERSII *Historia doctrinae de vero Deo*, P. II. Sect. I. p. 249 sqq. Quae enim ARISTOTELES (*τὰ μετὰ τὰ Φυσικά*, lib. I. cap. 3. ad fin. et 4. init.) de HERMOTIMO dicit<sup>2</sup> et quae nonnulli scriptorum repetierunt, quam incerta et leuia sint in quaestione de eo, quis primus numen animo comprehendere auctor sit, pluribus exposuit CARVS Lipsiensis (vid. FÜLLEBORN'S *Beytr. zur Gesch. d. Phil.* 1793, *grec. Stück*, p. 58 sqq.)

d) vid. CARI *Programma*, in quo Anaxagoreae Cosmoteologie fontes indagantur MDCCXCVII. pag. 7 sqq.

e) hoc ipso nomine insignit eum SEXTVS EMPIRICVS aduersus logicos, lib. I. siue adv. math. lib. VII. cap. 90. pag. 388. edit. IO. ALBERTI FABRICII, Lips. 1718.

f) id, quod CARVS Progr. I. exposuit, p. 20-28. cfr. FÜLLEBORN'S *Beytr.* 1799, *rotos Stück*, pag. 162. 171. 204.

ff) vid. XEN. Mem. IV, 3. §. 3 sqq.

## §. 28.

Quas praeterea negant, ab experientia deduci posse, notiones, ut notionem libertatis, iuris, officii, virtutis, eas omnes eiusdem adiumento nobis contingere, intelliges. *Libertatis* quidem notionem nobis experientia, eaque interna, exhiberi, quum, nos e duabus actionibus vel hanc, vel illam suscipienda eligere posse, sentiamus, ipse KANTIVS fatetur. g) *Iuris* vero, *officii* atque *virtutis* notiones, ratione demum duce, quae de rebus, ad naturam pertinentibus, meditari coepit ac iudicare, ab experientia deriuatae esse videntur. Quum enim hominum multitudine terram dividere, eiusque partes singulas singulis hominibus tribuere genus humanum cogeret, eo ipso *iuris* notio est suppeditata. Namque eum, cui ager aliquis assignatus fuerit, hoc vi posse prae ceteris, eosque adeo vi ab eo vastando prohibere, inde intellexerunt, quod alias non esset illi proprius, sed potius cum aliis communis. Quum vero, ei in hunc agrum ius competere, cognoscent, ad *officii* notiem peruenierunt, vt pote quos vsus doceret, nisi quilibet, que alterius fuerint, ei intacta relinqueret, hunc iure suo exclusum iri agrique divisionem irritam fore. Hinc orta est *iusti* notio, qua, quicquid iuribus conuenienter fieret, insigniebatur, et a qua transitus ad *virtutis* vocem facilis erat, quum hac eam agendi rationem exprimerent, quae officiis satisfaceret.

## §. 29.

At possit quoque de numerorum quorundam notionis origine ex ipsa experientia dubitatio moueri, quum nemo facile numerum 1,000,000,000,000,000 vsu cognoverit, cuius tamen cogitationem animo concipiimus. Sed facile apparet, quum numerorum minorum notio ipsa experientia nobis detur, ut denarii decem digitorum obseruatione, numerorum maiorum notiones eodem fundamento niti, quippe quae gigni soleant pluribus numeris, quos experientia nos

g) vid. Kr. d. r. V. pag. 830. vbi haec leges: die praktische Freyheit kann durch Erfahrung bewiesen werden; ergo etiam eius notio eodem modo formari potest.

nos docuerit, compositis, siveque in infinitum auctis. Quae quidem quum nobis vsu proxime non innoteſcant, earum expertes inueniuntur populi inculti. Neque quisquam, quale sit phantasiae in notionibus pulcri, boni, mali, recti etc. quas *idearum* nomine distinximus, (§. 14) ab experientia deducendis, munus, potest non agnoscere.

## §. 30.

His rationibus saepius animo perpensis, nos quidem non intelligimus argumenta satie idonea, quae nos ducant ad notiones, experientia superiores, agnoscendas, quum vel eae, quae ab omni vsu quam longissime remotae esse videantur, ex eodem ortae nobis appareant, accuratius consideratae. Causa igitur, quare has notiones *metaphysicas* dixerint, disciplinamque, quae eas tractet, *metaphysicas* nomine comprehendenterint, nobis videtur in eo sita esse, quod notiones eas, quas experientia proxime nobis exhiberi, videmus, (*physicas*.) ipsa natura sua sequuntur, i. e. ex iis deriuantur.

## CAP. II.

*De enunciationibus, quae cognitionem, mera ratione uixam, prodere videntur.*

## §. 31.

Si de enunciationibus sermo est, KANTIVS firmiori quadam niti videtur fundamento, quum notas nobis exposuerit, quibus omnes enunciationes, quarum veritate experientia cognoscamus, ab iis discerni possint, de quarum veritate per se constet. Eas enim enunciationes sola ratione effici, statuit, quae cum necessitate quadam efferantur. b)

b) Kr. d. r. V. pag. 3. videtur quidem etiam aliud cognitionis, ratione suppeditatae, indicium addidisse. Nam inde quoque, dicit, alicuius propositionis veritatem per se constantem, cognosci, quod ea in univerſum de omnibus alicuius generis rebus pronuncietur, (ex *uniuersalitate*.) Sed ipse recte sensit, has duas notas unam reuera efficeret. Quae enim alicui rei necessario inesse, cogito, ea etiam omnibus huius generis rebus tribuam, oportet. Quare illis verbis *necessitatibus* atque *uniuersalitate* liceat uti promiscue.

Nam, pergit, experientiam nos docere, quae alicuius rei sit conditio, non vero, quae eius conditio esse debeat, ideoque nunquam ostendere, omnibus alicuius generis rebus aliquid competere, sed tantum hoc, aliquid inuentum esse, omnibus, quas consideraueris, rebus commune. Quae quidem licet satis speciosa videantur, nobis tamen non satisfaciunt. Nam ab experientia quoque eiusmodi enunciationes originem trahere posse, paucis poterit ostendi.

### §. 32.

Quum tria sint propositionum genera, (§. 15) quorum non, nisi ultimum duplici experientia nitatur, necesse sit, altera, qua res, de qua agitur, ipsa cognoscatur, altera, qua intelligatur, rei illud vel competere, vel non conuenire, quod ei vel adiungimus, vel abiudicamus: facile apparet, hoc quidem genus ita efferrri non posse, vt necessitatem quandam notiones coniungendi, vel sciungendi indicet, quia, quaecunque alicui rei conuenire videmus, nisi ad ipsam rei naturam pertineant, adesse possunt atque abesse. At reliqua genera, in quibus non, nisi ipsa rei, de qua loqueris, notio experiendo cognoscitur, ita efferrri possunt, vt necessitatis notio adiungatur, quia rei nihil addunt, nisi quod ipsius natura postulet, nihil eripiunt, nisi quod eadem repudiet, ita, vt, si vnquam rei defuerit, quod, ei iam inesse, dicimus, vel conuenierit, quod, ei competere, negamus, rei natura sublata, res ipsa non amplius eadem reperiatur. Haec igitur, etiam si experientia nitantur, qua ducti rei notionem formauimus, illis tamen notis originem, eius adiumento desitutam, vindicare sibi possent, quibus eam probari, arbitratur KANTVS. Quum vero vel illius generis, quod ultimum constituiimus, (§. 15) enunciationes cum necessitate elatas reperisse idem sibi videatur, ad quas nonnullas vitae communis regulas, mathematicorum leges, morumque praecepta refert, de his dicendum est.

## SECTIO I.

*De cognitione vulgi, quae experientiae deberi non videtur.*

## §. 33.

Quum adeo infimus hominum ordo, qui non solet de rebus multis philosophari, ex enunciationibus, de quarum veritate necessario constare, arbitretur, colligere confueuerit, harum praecipias explicemus, oportet, quia KANTIO rei aliquid, ab eius natura alienum, addere videbantur, ut pateat, eas rei nihil noui adiicere, quod ei, accuratius cognitae, inesse, non intelligatur. Eiusmodi iudicium satis vulgare illud est, *nihil mutari sine causa*,<sup>i)</sup> cuius certitudinem ex ipsa mutationis notione intelliges. Ea enim est transitus alicuius rei ex aliqua conditione in aliam; transitus vero est actio. Ergo agit vel ipsa res, quae mutatur, dum transit, et, quatenus mutationem efficit, eius causa dicitur, vel agit alius, quem eiusdem auctorem deprehendis. Fieri non potest, ut mutationis notionem animo concipias, nisi eius, qui mutet, notione adiuncta. Sed quaerere licet, quare mutationis notionem ita constituere non possumus, ut causam excludamus, cuius rei rationem non aliam possumus indicare, nisi experientiam, quae nos doceat, omnem naturae ambitum nexus quodam contineri, quo efficiatur, ut certam actionem certa sequatur mutatione, neque nos vnuquam mutari, nisi vi quadam, vel nostra, vel aliena. Quodsi illa lex, ut a nonnullis factum est, in hanc immutatur: *quicquid est, habeat causam*, oportet, notio primariae aliquid additur, quod ei per naturam suam non conuenit, ideoque ambitum vniuersalem tueri non potest. Si enim negaueris, quae sint, ea orta esse, eorum nullam requires causam, et cogimur, ut vel totum, quod conspicimus, vniuersum, sine causa, h. e. aeternum, vel a nomine quodam, quod sit sine causa, i. e. aeternum, creatum esse statuamus. Oriri vero aliquid, prouenire, immutari, non potes cogitare sine idonea ratione, idque propterea, quod, quoties mutationem sentimus, toties vim, nos mutantem, expe-

D 2

i) Kr. d. r. V. pag. 3.

rimur, vbi vero sine mutatione esse pergimus, vim, nos conseruantem, haud animaduertimus.

§. 34.

Aliae huiusmodi propositiones illis continentur effatis: *quicquid sit, non posse simul esse et non esse*, et: *nihil simul in duobus locis reperiri*, quorum prius idem per idem dicere, facile intelliges. Nam nihil aliud nos docet, nisi, quicquid sit, id esse. Alterum vero non, nisi quod rei natura sua adhaerat, de ea affirmare, notionibus enucleatis, cognoscet. Nam unum locum dicimus eam spatii partem, quae revna impletur, rem vero unam, eam, cuius partes spatio non segregantur. Vbi igitur una res est, quae spatii partem replet, ibi est locus, isque unus, quia omnis spatii pars, qualis ac quantacunque sit, una re impleta, unius loci nomine nuncupatur. Etenim spatium pro copia rerum, quibus impletur, distinguimus in locos, non pro certa quadam mensura. Vbi vero aliquid in duobus locis confixeris, ipsa unius rei notio te iubet dicere, te duas res vidisse, sibi simillimas, quia earum partes, a se inuicem spatio secretas, reperiisti.

§. 35.

Videntur omnia, quae ad necessitatem, qua alia esse, alia non esse, affirmamus, pertinent, eo redire, vt homo, quod rei alicui semper conuenire, compererit, id ei necessario inesse, opinetur, expertus vero, rebus, quae tot tamque variis contineantur notis, interdum eas deesse, quas iis antea semper inesse, viderat, rerum naturam indagare conetur, ut intelligat, quibus notis sublatis ipsius rei notio pereat. Sic v. c. si quis niuis naturam accuratius perscrutatus, inuenerit, eam manere eandem, colore albo cum alio permuto, immutari vero, facultate liquefendi sublata, certo statuet, ne Deum quidem niuem creare posse, quae non liquefiant; quia nix non liqueficiens meram nivis speciem mentiatur. Eadem certitudine neque lignum ferreum, neque lapidem ligneum unquam effici posse, asseveramus. k)

k) idem, ni fallor, LOCKII verba sibi volunt: *General propositions, of what kind soever, are then only capable of Certainty, when the Terms*

## §. 36.

Sed quia magnam cognitionis nostrae partem ratiociniis assequimur, quibus nos adeo notiones, experientia proxime non obuias, ex hac deducere, supra vidimus: (§. 28.) disquirendum est, vnde summae, quam in hac re ratio sequatur, regulæ necessitas venerit. Sequimur autem in ratiocinando hanc legem, vt, quod generi conuenire intellexerimus, idem etiam formæ, et quod speciei inesse, experientia nos docuerit, idem etiam generis parti tribuanus,<sup>1)</sup> quæ quidem regula non, nisi eatenus experientiae debetur, quatenus notiones generis et specierum, hac duce, formatae sunt; quibus constitutis, illius legis veritas vniuersalis per se patet. Quum enim genus sit complexus earum notarum, quæ formis singulis communes sunt, quicquid ad genus recte retuleris, idem reperias, oportet, in qualibet specie, contra, quum forma generis partem efficiat, (nam pluribus formis continerur genus,) quod speciei conuenit, id generis parti, (i. e. speciei,) quin competit, non manet dubium.

## §. 37.

Quæ quum ita sint, omnis, certe vulgi, cognitio experientia niti videtur. Illas enim enunciations, quas cum necessitate quadam effatur, vel idem per idem exprimere, vel certe nulli rei aliquid tribuere, quod ei non natura sua proprium sit, intelleximus. Sed restat, vt de disciplinis videamus, quæ cognitionem, experientia exemplam, iacilitare solent.

*used in them stand for such ideas, whose agreement or disagreement, as there expressed, is capable to be discovered by us, (l. l. lib. IV. cap. 6. §. 16. in comp. Dresd. §. 9.)*

1) PLATNERVS (*Lehrbuch der Logik und Metaphysik*, §. 228.) hanc regulam his verbis concipit: *wenn das Subjekt des Urtheils subordinirt ist mit einem dritten Begriffe, dem ein gewisses Prädikat zukommt, so kommt dieses Prädikat auch dem Urtheile zu.*

## SECTIO II.

*De legibus mathematicorum.*

§. 38.

Ludicia, nulli plane experientiae subiecta, KANTIVS primum, inuenisse, putat in arte computandi, cuiusmodi illud sit, si dicam, numerum septenarium, cum quinquenario coniunctum, efficere duodenarium, quod, nos quin, necessario sic esse, statuamus, non est dubium; sed de eo quaeri potest, vtrum rei aliquid adiungatur, quod ei non natura sua insit. Videtur enim illa propositio mere esse identica. m)  
 Nam verbo: *duodecim* idem plane exprimo, quod verbis: *septem et quinque*. Versatnr igitur ars arithmeticata in indagandis nominibus clarioribus, idem experimentibus, quod aliis paullo obscurioribus enunciatum erat. Deinde vero computandi studiosi quum similem, intelligerent, esse plurium numerorum inter se relationem, illam excogitarunt artem, literis in computando adhibitis, non certum numerum, sed formulam, qua relatio, quae intercedat inter numeros singulos, luculentius exprimatur, inueniendi. Vbicunque igitur relatio illa adfuerit, ibi eam hac formula exprimi posse, cogitur, quia non re, sed verbis differunt. Si v. c. hoc intellexeris, numerum quadratum radicis, e duobus numeris singulis compositae, aequalem esse quadrato vtriusque partis et factis vtriusque, per alteram multiplicatae,  $(a+b)^2 = a^2 + 2ab + b^2$ , formulam posteriorem vbique priori recte substitues, sive eam in computando numero quadrato radicis, ex duobus numeris singulis compositae, recte adhibebis.

§. 39.

Simili ratione principia, quibus disciplina arithmeticata innititur, nihil noui subiecto enunciationis adiicere videntur. Si enim nos docent, quae aequalia sint eidem, aequalia esse ipsa, totum aequale esse partium suarum summae, totum qualibet parte sua maius esse, par-

m) quum haec iam dudum scripsisse, iisdem fere verbis idem dicere HERDERVM, nuper cognoui. (vid. eius *Metakritik zur Kritik der reinen Vernunft*, P. I. pg. 56).

tem toto minorem, aequalia si adieceris aequalibus, summas effici aequales, aequalia aequalibus aut multiplicata, aut diuisa, summas vel quotos aequales exhibere, ad quas quantitates eadem quantitas eandem rationem habeat, eas aequales esse etc. nihil nobis inculcare videntur, nisi quod rei, de qua agunt, notione perspecta, ita esse, simul perspexeris, i. e. quod ita esse, ipsa rei natura flagitet.

## §. 40.

Altera vero illius disciplinae, quam mathesin dicunt, pars, (geometria,) ex natura figurarum colligere solet, ita, ut nihil sit, quod geometra ratiocinando non assequatur; quo quidem munere fungens, intelligere non potes, nisi id, quod ex notione rei derivari queat. Versantur igitur metiendi studiosi in eo, ut figurarum natura inuestiganda, quid iis vel conueniat, vel ab iis abhorreat, colligant, atque ex enunciationibus, hac ratione inuentis, alia ratiocinando concludant.

## §. 41.

Quum vero exemplis illustrandi vis esse dicatur, licet ea petere a duabus propositionibus, quibus KANTIVS notionis primariae aliquid, ab ea alienum, addi putauit. Primum, si dixeris, lineam rectam esse inter duo puncta breuissimam, te aliquid de eiusmodi linea enunciare, quod ei non natura sua adhaereat, flatuit, n) fortasse ideo, quia fieri potest, ut lineam rectam accurate definias, nulla huius virtutis, quam iam ei inesse, dicimus, mentione facta. Verum ad rerum naturam non ea tantum pertinent, quae in iis definiendis commemo-randa sunt; (nam rem aliquam definiti in iis indicandis acquirendum est, quae sufficiunt ad rem ab aliis dignoscendam,) o) sed ea omnia, quibus remotis res ipsa evanescit. Si, ut exemplo inha-

n) Kr. d. r. V. pag. 16.

o) in definitione differentiam specificam, quam dicunt, proximam, i. e. eam, quae causas reliquarum, quibus res insignis est, notarum continet, indices, oportet, non vero differentiam remotam, quam vocant, quae tamen, quem ex illa sequatur, nihilominus ad rei naturam eiusque notiōnem pertinet.

reamus, lineam rectam eam esse, dixeris, quam ita contemplari quis possit, ut singula eius puncta media ab extremis tegantur, non plene omnem eius naturam exposuisti, quum ei illud quoque natura sua conueniat, vt si breuissima, quae inter duo puncta locum habeat. Nam eam viam dicimus breuissimam, quae est rectissima. Hinc, hac lineae rectae virtute sublata, omnis eius notio concepi nequit. Deinde KANTIVS figuram, quae duabus lineis rectis efficiatur, esse posse, necessario negandum contendit, licet haec enunciatio notionum repugnancia vacet; p) qua vero, collatis inter se figurae atque lineae rectae notionibus facile videbis, eiusmodi figuram tolli. Quia enim figura sit spatium, lineis circumscripsum, lineae vero rectae eae, quarum puncta singula eodem dirigantur omnia, facile patet, lineas rectas, si sibi semel occurrerint, sibi iterum occurrere non posse, quia earum puncta, quae a via non deflectant, (alioquin enim lineae curvarentur,) iam diuersos sequantur fines, ideoque spatium includere, i. e. figuram efficere nequit,

## §. 42.

Nos autem, simulatque, aliquid ad rei naturam pertinere, cognoverimus, id ei necessario adscribere, etiam inde intelliges, quod etiam tum, quum rerum naturam manifesto, experientia adiutrice, persperherimus, iis hoc vel illud necessario aut competere, aut repugnare, dicimus. Qua enim certitudine mathematicus fieri posse, negat, vt triangulo quatuor latera sint, eadem physicus, plumbum vento tolli nequire, asseuerat, q) quia grauitatem plumbo sua natura conuenire, intelligit.

## §. 43.

Causa vero, quare in rebus mathematicis multo plura cum necessitate enunciemus, eaque certiora adeo videantur, in eo est, quod, quum mathematicus non, nisi formam rerum compleetur, quam

p) Kr. d. r. V. pag. 268.

q) aliae huius generis enunciations sunt hae: fenestra necessario constat ex materia pellucida, vas necessario est cauum, gallus necessario est sexus masculini.

quam oculis celerrime perspicere, et, vbi semel perspexerit, animo quasi repete posse, facilis est, figurarum mathematicarum, quam rerum, ab ipsa natura nobis suppeditatarum, quae maxima diversitate et notarum summa multitudine nos facile fallunt, naturam indagare.<sup>r)</sup> Atque vel id rerum, quae ad mathesin pertinent, naturam perspectu faciliorem reddit, quod uno sensu agnoscantur, et quodammodo ex mente humana natae esse, dici possunt, quippe quae notiones mathematicas phantasiae ope ex materia, per experientiam nobis proposita, effingat. Nam nullam figuram mathematicam pingi posse, dudum constat; vnde euenit, ut in his rectius et accuratius, quid ad rei notionem pertineat, nec ne, indagare possumus, quam in rebus, quarum natura nobis plane experientia innoscit.

## SECTIO III.

*De cognitione, quae ad mores spectat.*

§. 44.

Ad cognitionem, omni experientia superiorum, in primis etiam illam, quae, quid faciendum sit, quae regula vitae sequenda, nos doceat, referre placuit KANTIO, s) quia eiusmodi leges eadem cum necessitate proferri videntur, quae enunciations mathematicorum. Sed primum notandum est discrimen illud, quod inter utriusque cognitionis necessitatem intercedit. Mathematicus enim quum dicit, aliquid necessario ita esse, hoc indicat, id propter suam ipsius naturam aliud esse non posse. At morum praecceptor, quum aliquid, faciendum esse necessario, ait, hoc alio modo fieri posse, non negat, sed quia, hoc ita optime fieri, cognovit, ideo hoc modo fieri iubet.

r) Hinc Menonis seruus, praesertim, quum non plane rudis, sed adeo computandi arte imbutus, singatur a PLATONE, figuris in arena pinguendis, a Socrate eo facile poruit perduci, ut, cuius quadrati latera diagonali alterius aequalentur, id huic duplicato par esse, intelligeret, (id, quod nostrates theorematem Pythagorico facile demonstrant,) dum ipsum doceret, quid in primis in figura spectandum sit, i. e. quomodo, experientia duce, cognitione nostra augeatur. (vid. PLAT. Men. §. 16-19.)

s) Kr. d. r. V. pag. 28.

## §. 45.

Deinde si quis, quae KANTIVS eiusque discipuli de lege morum, absque omni experientia animis nostris quasi impressa, iaculare solent, attente legerit, sibi temperare non poterit, quin miretur, tot philosophos, de morum vi atque indole acutissime meditatos, legem, quam, pectore suo inclusam, gestabant, non nouisse, donec eam ex intimis animi humani latebris in lucem protraheret KANTIVS, nisi contendere velis, aliis aliam legem innatam esse, pro praecceptorum, quae de moribus tradant, varietate. At si factis, experientia obuiis, inter se comparandis, multisque multorum rebus gesitis obseruandis, legem illam ab experientia deducere, fuerit philosophi: non est dubium, quin a variis hominibus pro sua conditionis ratione varie constituit atque vsu longiore pedetentim magis magisque perfici queat.

## §. 46.

At quaeris: quomodo fieri potest, ut experientia nos ad id erudit, quod faciendum sit, quum hoc tantum demonstret, quod fiat fierique soleat? Speciose sane haec obicitis. Sed duplex patescata esse videtur experientiae via, qua nos ad legum illarum, ad quas mores componere debeamus, notitiam ducere possit.

## §. 47.

Homo enim, ut primum, voluptatis appetitum sibi inesse, experitus est, regulam agendi sequebatur hanc: *voluptatem quaere*. Deinde vel bestiarum vexationibus, vel ipsa consuetudinis cupiditate, sibi a natura indita, aliorum amicitiam petendam esse, quam iis laetis et ipsam tolli, experientia tressis erat, cognoscens, ad hanc legem: *neminem laede vitam composuit*.<sup>t)</sup> Tum, quum ciues singulos, quo felicior atque tranquillior fuerit civitatis conditio, eo feliciores tranquilloresque viuere, eodem vsu disceret, *salutis reipublicae curam summi*,

t) potest haec lex civilis dici, quia in statu naturae, quem vocant, i. e. in prima hominis conditione, non obtinet, sed demum, vbi plures amicitia iuncti fuerint; quo quidem sensu verissima sunt haec WIELANDII verba: *du sollst nicht stehlen, ist ein positivs bürgerliches Gesetz.* (vid. eius *sämmliche Werke. Supplemente*, 51. Bd, pag. 241. in nota.)

putauit, officii loco sibi esse propositam. Denique experientia edocet, se, salvo ciuitatis ordine, nisi frueretur aliorum auxilio, ad quod ipsi praefundum cogi non possent, multis carere commodis, iis, quos simili ope indigere, videret, succurrere decreuit, praesertim quoni intelligeret, quo promptior ipse ad aliis inferiendum fuerit, eo lubentius alios ipsi adesse. Sic legem inuenit: *quod tibi vis fieri, alteri facias.* Quod qui facit, is non potest non regulas sequi, quas omnibus, tanquam agendi leges, scriptas esse velit, i. e. ei virtuti studere, sine qua, hodie, salutem esse, negant.

## §. 48.

At, dicunt, in eo non cernitur virtutis natura, quod ita viuis, ut, omnes viuere, optas, sed in eo potius, quod sine lucri studio vitam ad hanc normam componis.<sup>u)</sup> Quae voluptate, quasi mercede aliqua, ad officium impellitur, ea non est virtus, sed fallax imitatio similitudine virtutis.<sup>v)</sup> Recete quidem, sed eo, quod, illa lege agendi reperta, nostra commoda cum pro salute ciuitatis, tum pro felicitate aliorum, quorum adiumento indigemus, saepius negligere cogimur, animus humanus paullatim virtutis studio, ab utilitatis cupiditate alieno, aduersicit, praesertim quoniam, eadem experientia doctus, intelligat, eos, qui commodi causa virtuti studere velint, utilitatis futurae specie deceptos, ad malefacta saepel delabi, quia non certus quidem sit speratus alicuius actionis legitimae fructus, imo saepius aliorum, qui suae potius, quam reipublicae utilitati studeant, eamque euenter non dubitent, ubi id ipsis visum fuerit fructiferum, peruersitate, optima, quae ex nostra probitate redundare possint, commoda, irrita reddantur;

E 2

<sup>u)</sup> πεντον μὲν οὖν λέγοντες ὅτι παρθένοις αἰρεταῖς αὐτοῖς εἴναι, αἴρεται γάρ στοιχεῖον καὶ εἰ μὴ ποιήσῃ μηδέν, μηδὲ επέρα αυτῶν (ARISTOT. Ethic. lib. VI. cap. 12. §. 13.) οὐ μόνον ηὔκατα τὸν ἄρρενα λόγον, διὸ καὶ ηὔκατα τοῦ ἄρρενα λόγου ἔξι αἱρετῆ ἔσιν· ἄρρενα δὲ λόγον περὶ των τοιών ηὔκατα τὸν Φρεγάντης ἔσι, (ibid. lib. VI. cap. 13. §. 21. 22.) παν τὸ καὶ ὀποτούν πάλιν ἔξι, ξαυτοῦ πατελήγει, ὡς ἔχου μέρος ξαυτοῦ τὸν ἐπισινον, (Antonin. IV. 20.)

<sup>v)</sup> Cic. acad. quaest. IV. 46.

qui quidem tristis nostrae virtutis eventus nos ab eius studio haud deterret, imo in eo confirmat. Quia enim salutem reipublicae, quam nobis curandam intelleximus, si omnes istorum deperditorum hominum regulas agendo expresserint, prorsus perditum, contra eandem certissime confirmatum iri, si omnes nobiscum facerent, experientiae monitu cognoscimus, nos certe, quod bonum esse, inuenierimus, ubique loci ac temporis facere nobis proponimus, neque utilitatis ratione allechi, qua eos quoque videmus recte agere, quos, ipsorum vita clare nos docet, scelestissimos esse; neque mortis metu absterri, quo si se homines a recte agendo retineri patientur, facile intelligemus, experientiam consulentes, scelestissima quaque tyrannorum improbitate perfectum iri; w) atque hac ratione a cupiditatum, nobis insitarum, sensu ad virtutis studium vitae vsu euehemur.

## §. 49.

Alia vero via a naturae contemplatione eodem nos ducere potest. Qua, si quis se, bestiis simillimum, iisdem rationis vi longe praeflantiorem, deprehenderit, nonne, se ad maiora quaedam, (quam ad voluptatem,) a natura genitum esse et conformatum, x) putabit? y) Nonne rationis vsu reliqua animantia vere superare studebit? nonne eo, se hominem esse, sentiet, quod coeco cupiditatum impetu, quo bruta abripit, videmus, resistere potest? nonne rationis praeccepta, quia rationis sunt, non, quia utilia suadent, obseruare conabitur? Qua quidem via Stoicorum de moribus disciplina inuenta esse videtur, vt po-

w) Ceterum plurimos, qui mortem sponte oppetterunt, ut LVCRETIA, quae cultrum in corde defixisse, (Liv. I, 58.) et M. CVRTIVS, qui equo, quam poterat, maxime exornato in fidem se armatumque in forum medium, seu motu terrae, seu qua vi alia specu vasto collapsum, immisisse legitur (Liv. VII, 6.) animi quodam ardore, honoris cupiditate inflammato potius, quam virtutis studio, abreptos, sese morti obtulisse, vis potest negari. x) Cic. de fin. 1, 7.

y) vnde KANTIVS in libello: *Grundlegung zur Metaphysik der Sinnen*, ed. 4-pag 65. dicit: *ihre Natur zeichnet sie schon als Zwecke an sich selbst aus.* Videtur igitur eadem via morum praeccepta inuenisse, qua Chryippus quoque virtutis studium hominem decere, demonstrat (Cic. de m. IV, 11.)

te qui omnem virtutis naturam in rationis perfectione z) posuerint, eiusque ope sapientes omnia despicer iusserint.

## §. 50.

Ratio vero nobis non suadet, nisi quod toti generi humano nobisque salutare futurum esse, praeuident, idque non alia de causa, quam quia, id utile fore, intelligit. a) Hinc nisi experientiae vsu, quid nobis vtile futurum sit, conicere dicerit, non potest definire, quid facere nos oporteat. b) Sed inde non sequitur, nos vtilitatis spe ad praeclares facta trahi debere. Nam stimulus, quo ad agendum incitemur, longe diversus est a nota, qua, quid agendum sit, cognoscamus. Vtilitatis ratio habenda est non in actione suscipienda, sed in ea definienda. Homo, aliquid suscepturus, quid inde commodi vel incommodi oriturum sit, circumspiciat, oportet, vt optimum eligere possit; vbi vero, bonum aliquid esse, definiuerit, tunc id suscipiat, opus est, nulla rei vel suauitatis, vel molestiae ratione habita, ita vt eum ne tum quidem facti poeniteat, quum id ipsi noxiun fuerit, quia quod bonum cognoverat, id perpetravit, non lucri causa, sed quoniam, sibi bona facienda esse, intellexerat. Hinc non perspicimus, quomodo ei, qui, quae ad mores pertinent, ab experientia deducit, virtutis verae defectus exprobari possit, quum omnis vera virtus cert.

z) hinc CICERO, Stoicos secutus, virtutem rationis perfectionem, (de fin. IV, 13) et rationis absolutionem, (ibid. V, 14.) atque SENECA, ipse Stoicus, rectam rationem dicit, (epist. 67. ed. ERASMI, Basil. 1529. p. 142. fin.) quae definitio virtutis totidem verbis legitur Cic. Tusc. IV, 15.

a) id videtur RYSSAVIVS innuere parodoxo illo: *si nous voulions être toujours sages, rarement aurions - nous besoin d'erre verueux.* (dans les confessions, tom. I. p. 113. edit. de Lausanne 1782.)

b) hinc Catonis sententia: *non potest quisquam de bonis et de malis vere indicare, nisi omni cognita ratione naturae, (Cic. de fin. III, 22.)* HORATIVS vero, (serm. 1. 3. 98.) *vtilitatem iusti et aequi matrem recte nuncupat;* et SENECA (de quatuor virtutibus ab init.) *per rationem recte viues,* ait, *si omnia prius existimes et perpenses et dignitatem rebus non ex opinione mulorum, sed ex earum natura conjiruas.*

natur in eo, quod aliquis recti studio trahitur, quo etiam eum ad agendum ferri posse, vidimus, qui illud experientiae ope agnouerit. c)

§. 51.

Illud tamen ratio nos videtur sine hoc adiumento docere, *recte agendum esse*, d) etiam si, quid rectum sit, vnu doceamur. Sed egregie falleris, si, illa lege te aliquid doceri, existimas. Quum enim rectum sit, quod ita sit, vt fieri debet, facile vides, illo praecepto idem per idem dici, agendum ita esse, vt agendum fuerit. Hinc specie verborum decipitur, qui, ratione aliquid in rebus, ad mores spectantibus, se edoceri, putat, quod non depropositum sit ex thesauro experientiae.

§. 52.

At recti pranique conscientiam in medium profers, hanc, dicis, nobis indicare, quid faciendum sit, quippe quae nos ob recte facta laudet, ob prae facta reprehendat. Verum conscientia te reprehendit, vbi, quod malum cognoueris, tamen perpetraueris, omiseris contra, quod faciendum esse, intellexeris. Ergo te non docet, quid bonum sit, malumque, sed tantum te monet, te tuam boni malique cognitionem in agendo vel esse fecutum, vel neglexisse, quam quidem aliunde petere te oportet.

- c) Quum KANTIVS (*Grundlegung zur Metaphysik der Sitten*, p. 61.) dicit: *alles, was empirisch ist, ist, als Zubruck zum Princip der Sittlichkeit, nicht allein dazu ganz untauglich, sondern der Lauterkeit der Sitten selbst böchst nachtheilig, an welchen der eigentliche und über allen Preis erhaben Wert eines schlechterdings guten Willens eben darin besteht, daß das Princip der Handlung von allen Einflüssen zufälliger Gründe, die nur Erfahrung an die Hand geben kann, frey sey, ambigue loquitur.* Si enim, vt eius verbis utar, *principium virtutis subiectuum* intelligis, ita, vt *additamentum eius empiricum* sit incitamentum, a commidis nostris petitum, haec quidem sunt verissima, si vero *objectionum* in animo habes, et per *additamentum empiricum* intelligis rationem, experientia magistra, quid bonum sit, definitem, non est periculum, ne eo mores depraventur, adeoque ipsum KANTIVM ad bonum definendum experientia vti atque ad commoda ex eo speranda configere, videbimus (§. 53.)
- d) id quoque vnum est, in quo omnes gentes consentiant, maxime ceteroquin dissentientes in eo definiendo, quid rectum sit.

## §. 53.

Ipsum vero KANTIVM, quem sincerissimae virtutis praeceptorem praedicant, ad experientiam rei que utilitatem prouocare, ut, aliquam actionem, vel legitimam, vel illegitimam esse, efficiat, neminem, qui eius scripta legerit, fugiet. Ut enim probet, qui ingenii facultates incoltas iacere finat, eum peccare, illarum, diligenter cultarum, utilitatem nobis in mentem reuocat, e) quum ex sua lege vniuersali, ad quam omnia facta examinanda esse, dixerat, istius hominis peccatum ostendi non possit, quod ex nostra agendi regula, omnia sequi nos iubente, quae humanae societatis salutis inserviant, facile demonstrare potes, quia, si omnes ingenium incolunt relinquent, genus humani summis inde obrueretur incommodis. Simili ratione KANTIVS, miseris succurrendum esse, quia inde magna speranda sint commoda, statuit, licet legem, quae miseris non succurrere praecipiat, vniuersalem cogitari posse, concedat, f) quod nos quam maxime ne-

e) verba eius haec sunt: *denn als ein vernünftiges Wesen will er nachwenden, dass alle Vermögen in ihm entwickelt werden, weil sie ihm doch zu allerley möglichen Aufsichten dienlich und gegeben sind.* (Grundlegung zur Metaphysik der Sitten, pag. 56.) Id procul dubio KANTIVS non vult, nos ea de caussa facultates ingenii colere debere, quia commoda inde nobis eueniant, sed hoc, nobis eas colendas esse, quia id nostrum sit, id vero nostrum esse, quia inde utilitas sperari possit.

f) vid. Grundl. z. Mer. d. S. pag. 56. vbi legem: *miserissuccurras, sed neminem laede, licet stare possit, repudiat, indem der Fölle sich doch manche erträumen können, wo er anderer Liebe und Theilnahme bedarf, und, wo er durch ein solches aus seinem eigenen Willen entsprungenes Naturgesetz sich selbst alle Hoffnung des Beystandes, den er sich wünscht, rauhen würde.*

Quod vero autochiriam attinet, haec ex summa morum lege, a KANTIO nobis proposita, nihilo minus, quam peccata, de quibus egimus, licita est, etiam si in hac re KANTIO omnia alia videantur. Dicit enim (l. l. pag. 53.) eum, qui se occidat, id sacere sui amoris cauila; hinc pergit: *eine Natur, deren Gesetz es wäre, durch dieselbe Empfindung, deren Bestimmung es ist, zur Beförderung des Lebens anzutreiben, das Leben selbst zu zerstören, würde ihr selbst widersprechen, und also nicht als Natur bestehen.* Sed eiusmodi natura sibi bene constaret,

gamus, quia, si nemo miseris opem ferret, hominum miseria magnum in modum augeretur.

§. 54.

Licet inde iudicare, vtrum et quatenus nos dici possimus omnibus naturis intelligentibus leges praescribere. Quum enim omnia, quae, quid agendum sit, nos doceant, g) morum praecepta, experientiae inniti, viderimus ea quidem in hac terra, in qua illa locum habet, immutabilia manent, sed ad alios, quibus intelligendi morumque praecepta sequendi vis est, non possunt pertinere, nisi his eadem fuerit rerum externarum conditio. h) Illud vnum sequendum est

omni-

quum homo, quamdiu ipsi bene fuerit, sui amore vitam feruaret, vbi fortuna aduersa laborauerit, eodem ductus, se ea priuaret. Natura igitur non dissoluitur, sed hominem calamitare quasi ex hoc terrarum orbe ad se auocat. Neque, si ad alteram illam legem exprimendam ratione: age sic, vt hominem nunquam facias confiliorum tuorum instrumenum, confugeris, illud crimen damnare poteris. Nam homo, qui sibi mortem conciscit, non se, sed corpore suo instrumento loco virtutis, et hoc destruit, vt ipse, i. e. animus ipsius, malis exemptus, sibi vivat.

g) Distinguunt iure suo morum praecepta, quae, quid faciendum sit, nobis suadent, (materialia;) ab iis, quae, quomodo agi debeat, indicent, (formalibus.) Ad illa, quae omnibus naturis, ratione praeditis, scripta esse, philosophis criticis concedentibus, negari potest, etiam KANTIANA lex moralis pertinere videretur, quae leges vniuersales sequi nos iubet, siue id facere, quod ab omnibus fieri volumus, nisi velis per leges vniuersales eas intelligere, quae, quomodo, i. e. quo stimulo incitat, nobis agendum sit, quales sunt: rationem sequere, age virruris amore impulsus, doceant; quae, licet ex fonte experientiae huiusmodi esse videantur, (§. 49. 48.) tamen omnibus naturis intelligentibus scriptas esse possum, quia ex ipsa naturae, ratione praeditae, atque probitatis notione derivatae sunt. Ratione enim eiusmodi natura reliquis animalibus praefat, et virtutis amore, non singulis recte factis, probus improbo autecellit.

h) Si quidam, easdem morum leges, adeo eas, quae certi quid, v. c. mentiri, furari etc. nos vertent, (materialia,) quas nobis scriptas esse putemus, vel astrorum incolis, si qui fuerint, sequendas esse, inde putant effici, quod nemo, cui sanum caput sit, omnia alia contendere audeat, non adeo certis hanc sententiam superstruere videntur ratio-

omnibus, qui sapiunt, recte agendum esse, quia haec lex ipsa recti notione efficitur.

## §. 55.

Iis vero, quae nos efficiunt nobis videtur, si vel maxime rata haberentur ab omnibus, illa libertas, leges sibi meti p̄ferendi, a KANTIO tantopere praedicata, i) nullo pacto confirmatur, imo confutatur. Si enim dicit, omnes naturas, ratione praeditas, easdem leges libere sibi praescribere, quodammodo secum pugnare atque ipsam illam libertatem tollere videtur. Quum enim neget, rebus externis

nibus. Nam causa, quare, alias morum leges vspiam locum habere posse, nemo cogitare fuitineat, sita est in dispositione naturali, *harmoniam* vel *identitatem* appetente, nobis cogitantibus, sentientibus et agentibus leges ferente, (quae quidem opinio prolata est in SCHMIDTII actis lit. theol. allgem. Bibliothek der neuzeitl. theol. Literatur, Vol. I. P. 3. pag. 548) vel potius in eo, quod nemo alium naturae ordinem novit, quam nostrum. Quae vero animo concipere non possumus, ea etiam esse non posse, iudicium praecipitantes, arbitramur.

Praeterea si cui placet de certitudine legum rationis, a KANTIO expositarum, ex huius ipsius viri scriptis iudicare, is conferat cum loco, (*Grundl. z. Met. d. S.* pag. 66) vbi summa morum regula his verbis concipitur: *handle so, dass du die Menschheit sowohl in deiner Person, als in der Person eines jeden andern, jederzeit zugleich als Zweck, niemals bloß als Mittel brauchst, alium, (Metaphysische Aufgangsgründe der Rechtslehre, pag. 108)* vbi haec legit: *in diesem Act, (in concubitu,) macht sich ein Mensch selbst zur Sache, welches dem Rechte der Menschheit an seiner eigenen Person widerstreiter. Nur unter der einzigen Bedingung ist dieses möglich, dass, indem die eine Person von der andern gleich als Sache erworben wird, diese gegen seitig wiederum jene erwerbe.* Vides igitur, illius legis vim vniuersalem exceptione immuni, vbi experientia eam migrare nos cogit. Quis enim sibi a KANTIO persuaderi paratur, eo, quod lex bis laedatur, effici, vt perinde sit, ac si nunquam laesa esset. — Mihī vero videtur illa lex matrimonio ideo non violari, quia eterque coniux suum finem sequitur, neque eo, quod aliquis partis humani corporis vslum nobis comparamus, totum hominem rei more trahamus, (vt putat KANTIVS l. l.) Alioquin nec famulis, quorum manibus, nec cursoribus, quorum pedibus vtendi ius domino est, humana dignitas conitare posset.

i) dicit eam *Autonomiam voluntatis*, vid. *Grundl. z. Met. d. S.* pag. 87.

F

hominem ad eiusmodi legem ferendam incitari posse, nihilominus tamen affirmet, eum non posse sibi hanc legem non scribere, cogitur, nostrae rationis indolem ita esse comparatam, ut ad hanc legem sibi praescribendam impetu quasi naturali rapiatur. Ergo non nosmetipsi liberi sumus legislatores, sed ea natura, quae rationem insluit. k) Quodsi nostrae, morum praecepta inueniendi, viae insliteris, facile videbis, autorem huius vniuersi et omnis, qui in eo obseruetur, ordinis, eo insituendo, leges illas praeparasse, sed hominem ipsum, quid bonum sit, experientiae accommodate, desinuisse sibique normam agendi praescriptisse.

## §. 56.

Quibus obiectionibus KANTIVS<sup>l)</sup> demonstrare conatur, nos nescire, quae sit felicitas, eos igitur, qui hunc finem primarium sibi propositum habeant, ipsos; quid querant, ignorare, illae rem non videntur confidere. Nam felicitatem singulis rebus prosperis, vt diuitiis, vita longaeua, sapientia, non absolu, vsu experimur, sed idem nobis ostendit, felicitatem summam positam esse in affectione animi constanti, experite externarum et internarum perturbationum; quae quidem quibus rebus potissimum efficiatur, experientia adiuuante, cognoscere m) iisque studere, est sapientis probique.

## §. 57.

At denique obiicis, si nulla nobis sit cognitio, nisi quae per experientiam nobis contigerit, non potuisse fieri, vt de eo inter se pugnarent philosophi, num res, quales sensuum ministerio percipiuntur, tales vere sint. Qui enim nulla alia gaudet cognitione, quam quae experientiae debeatur, de eius certitudine ne dubitare quidem posse videtur, quia vitae usus eum docere nequeat, haec posse alia esse, quam qualia a nobis percipiuntur. Sed experientiam illius quaestio-

k) quod quidem KANTIVS ipse sensisse videtur, quia (in fine l. l.) rem obuelare studet, quum, nos explicare posse, negat, quomodo ratio sine omni causa idonea, (*categorice*.) aliquid iubere possit.

l) vid. eius *Grundl. z. Met. d. S.* pag. 46.

m) vera felicitas innocenzia est, (*SENEC. de moribus med.*)

nisi ansam philosophorum ingenii praebeuisse, eos docendo, quam facilis sensuum <sup>a)</sup> error nobis res ostendat, diuersas ab iis, quae re vera sensibus obuercentur, nisi per se facile intelligeretur, appareret ex ratione, omnem hunc locum tractandi, Ciceroniana. <sup>b)</sup>

## APPENDIX.

*De cognitionis, per sensus nobis oblatae, certitudine et modo, repugnantiam, qua ratio, si res esse tales, quales videntur, statuit, impediri putatur, soluendi.*

§. 58.

De cognitionis nostrae certitudine multa omni fere tempore motae sunt dubitationes, quum alii, qui res tales vere esse, quales nobis videntur, statuerent, quae sensibus cognosceremus, pro certissimis; alii vero, qui vel res, quales percipere videamus, nuspian extare extra animum, vel alias adesse, quum notionibus forma imprimi solet, nostrae menti propria, p) vel denique, de eo, vtrum et quomodo ex-

F 2

n) sive, vt cum KANTIO (*in der Anthropologie, in pragmatischer Hinsicht*, pag. 30) et CICERONE (acad. quaest. lib. IV, 25) loquar, opinionis, sensuum testimonia sequentis.

o) cfr. academ. quaest. lib. IV. cap. 25 sqq.

p) quam sententiam KANTII, idealismi formalismi, sive transcendentalis nominis ab ipso insignitam, illustrari memini, (in libello: *der Streit der Fakultäten*, pag. 120.) exemplo a delirantibus petito, quae quidem rei illustratio non a KANTIO iplo, sed a WILLMANNO profecta, speciosior nobis, quam verior esse videtur. Quum enim delirantes, qui eadem spatii temporisque notione vtuntur, quae reliquis hominibus est, et easdem cogitandi concludendique sequi solent regulas, unde aliquis, qui se butyrum esse opinabatur, in publicum prodire noluit, ne sole liqueferet, alius, qui, se hordei granum esse, arbitrabatur, a gallinis columbiske sibi meruit exitium, omni cognitione instruci sint, quam KANTIVS ad mundum cognoscendum requirit, non in his cognoscendi formis, sed potius in nimia phantasia exaggeratione, per quam eius imagines animum tam sortiter commouent, vt cum rebus ipsis permittentur, ratio posita est, ob quam, non aliud quidem mundum,

flent, iudicari non posse, existimarent, eadem pro incertissimis habent. Quam rem si quis recte dijudicare velit, eum discernere oportet certitudinem, quae agnoscatur ab hominibus, (*sabie&tiuam,*) ab ea, quae omnibus omnino naturis intelligentibus satisfaciat, (*obie&tiua*).

## §. 59.

Prioris generis certitudinem in omnem rerum cognitionem, quam sensibus accipiamus, cadere, ita, vt eam in agendo sequi recte et possis et debeas, negari nequit, quia omnibus hominibus probata est, qui, si paucos excepitis, sensu quodam debilitatos, res, a nobis diuersas, eadem ratione, qua nos, percipiunt, etiam si pro sensuum varietate alium res quaedam fortius, alium lenius afficiat.

## §. 60.

Altera vero quaesio in duas partes dispescenda est. Nam disquirere nos oportet primum, an omnino res sensibus obuersentur, a nobis separatae, deinde, num ita comparatae sint, vt nobis apparent. Prius quod attinet, res vere adesse, a nobis sciuncias, inde patet, quod omnes eodem loco idem animaduertunt. Nam si nos meritis rerum imaginibus, tanta cum vi nobis impressis, vt res ipsas sensibus percipere videremur, phantasia luderet: qui, quaeſo, accideret, vt duo, quibus cogitationes erant diuersissimae atque a re, quam simul cognoscunt, alienissimae, eodem loco idem se sensisse, dicerent? Vnde eveniret, vt mensam aggressus, si vel maxime nulla eius effigies animo tuo fuerit impressa, si vel maxime omnis cogitatorum series te ad eius notionem perducere non potuerit, te tamen mensam videre putares? Vnde fieret, vt non solum tu, sed omnes, licet plane diuersis cogitationibus distenti, simulatque eam attigerint, se mensam videre, statuerent, nisi quid extra nos positum reperiretur, quod eius imaginem nobis exhiberet, vel tum, quem nobis antea ne cognita quidem fuerit? Q)

vt ille putauit, sed quaedam tantum alia esse, statuant. Quapropter non licet iis aliam mentem tribuere cum WILLMANNO, cuius verba haec sunt: *mit einem andern Verstande würde auch eine andere Welt da feyn, welches durch das Beyspiel der Wahnsinnigen klar wird.*

¶ Potes ex his discrimen duplex constituere, quod inter res, sensibus

§. 61.

Etiamsi igitur in dubium vocari vix possit, res, a nobis separatas, adesse, de eo tamen vehementer dubitare quis possit, virum eadem forma adscire, qua a nobis spectentur. Ad ultimam igitur quaestione progressi, obmutescimus, neque interroganti reponere possumus, nisi id, hanc quaestionem non pertinere ad hominem, quippe qui, quum res non noverit, nisi quales ipsi obuersentur, non possit de iis iudicare, quatenus non percipientur, (de rebus, quales per se sint,) quamquam, id ipso vsu confirmari, videmus, etiam rerum materiae aliquid inhaerere, quod nos iubat, ei hanc, vel illam formam tribuere, quia omnes eidem materiae rosae, alii libri, alii arboris speciem adscribere solent, et nos, materia aliqua mutanda, efficere possumus, ut ab omnibus alia forma, quam quae ipsi ante fuerat, conspiaciatur.

§. 62.

At, ait fortasse aduersarius, nostrae cognitioni rerum, experientia obuiarum, necessario aliquid ab iis alienum admixtum esse, idque inde intelligi, quod ratio, quae hoc rerum uniuersum tale agnoscat, quale esse videatur, repugnativa multiplici implicita, non possit non in errores incidere. Videamus igitur, an ratio, experientiam secuta, impeditas illas quaestiones, r) quibus ad silentium redigi videatur, expedire plane non possit.

§. 63.

KANTIVS, vt primum efficiat, mundo initium fuisse necessario, si ei initium nullum fuerit, quolibet temporis momento aeternitatem, i.e. infinitam rerum, sese excipientium, seriem absolutam fore, aeter-

vere perceptas, et visa somniantium et insanorum, quorum exemplo in re simili vtitur CICERO, (acad. quaest. IV, 16 sqq. coll. 27) intercedit. Haec ab uno, illae a multis sentiuntur, haec, quae experientia cognouimus, licet phantasiae vi interdum immutata, illae vero ea etiam, quorum nullam vnuquam habuimus notionem, nobis demonstrant.

r) quas KANTIVS repugnantias idearum transcendentalium, sive rationis anxiomias dicit.

nitatem absolutam vero repugnantia notionum tolli, contendit. Sed illud neglexisse videtur, mundum non dici posse aeternum, nisi quatenus finibus initii desitutus sit, (a parte ante,) non vero omnino, (etiam a parte post). Hoc discrimine obseruato, videtur mundus initio care re posse, si vel maxime mente nostra, limitibus adstricta, comprehendendi nequeat. Nam eius notio aeternitatem absolutam non inuoluit.

### §. 64.

Deinde, ut ostendat, mundo necessario deesse initium, ante eius ortum, dicit, tempus praecessisse inane, in quo mundus oriri non potuerit. Sed, quod pace viri summi dixerim, tempus non potuit esse, quum res nondum essent, sine quibus nulla locum habet immutatio, sine qua nulla est temporis notio, quippe quod immutationibus definatur. Nisi igitur statuas, alias res ante mundum adfuisse, quo sumto, non quaereres de viuierlae rerum naturae principio, sed de aliqua eius parte ora, non potes negare, tempus vna cum ipso mundo esse incépsisse.<sup>s)</sup> Quomodo vero mundus, quum nihil adesset, capere potuerit initium, id quidem nos fugit, qui, nihil oriri, videamus, nisi rebus, que iam exstant, immutandis. Videtur igitur neque illud rationi aduersari, si, mundum aeternum esse, statuas, neque illud, si, cum ortum esse, putas. Quia vero huius rei nobis nulla est experientia, nihil certi in hac causa affirmari, et neutrum animo comprehendi potest.

### §. 65.

Tum demonstratus, mundum finibus spatii includi, dicit, mundum infinitum a nobis cogitari non posse. Sed quum causam huius rei in cognitione nostra, experientiae finibus circumscripta, latere, viderimus (§. 22) inde, rem ipsam esse nequire, temere collegeris.

### §. 66.

Postea, mundum spatio infinitum esse, inde probare studebat, quod mundus finitus spatio contineretur vacuo, vnde, quam absurdum id sit, ostendere pergit. Quum vero spatium id ipsum sit, quod res

<sup>s)</sup> vnde Kronon terrae coelique filium esse, non male fabulabantur.

intercedit, non potest spatium esse positum extra hoc vniuersum. Hinc, si mundus finibus circumscriptus est, non spatio, sed ipsis rebus extremis includitur, et ipse spatium includit, licet extra mundum plane nihil, ne spatium quidem esse, animus humanus ideo non comprehendat, quia in hac rerum natura, vbi nihil sensibus percipimus, ibi certe spatium cognoscimus.

Quum igitur hac ratione mundus tam finitus, quam infinitus esse poslit, nos, huius rei experientia exclusi, vtrum verum sit, demonstrare non valemus.

### §. 67.

Porro KANTIVS, mundum rebus simplicibus effici, docere pergit ex eo, quod, nisi ita esset, res cogitatione plane dissolui non possent, quod lubenter concedimus. Sed inde non liquet, mundum non contineri rebus per se existantibus, (*aus Substanzen*). Nam rebus omnibus, quae sensibus percipiuntur, (*Sinnersubstanzen*), id per naturam suam competit, vt compositae sint, quia alias sensus iis affici haud possent, ita, vt, hac virtute ab iis remota, ipsae remoueantur. Mundum vero eiusmodi rebus effici, quibus nulla sensus afficiendi vis sit, t) non potest sumi, licet id a KANTIO sumptum esse videatur. u) Nam id quaeritur, vtrum mundus eiusmodi rebus, (*simplicibus*), an potius compositis, constare iudicandus sit.

### §. 68.

Neque illa argumenta, quibus effici putat, mundum rebus simplicibus constare non posse, omnia dabia tollunt. Dicit enim, qui hoc statuat, ei existimandum esse, spatium rebus simplicibus impletum. Quod cur fieri debeat, non video. Quum enim spatium id indicet, quod inter res intercedit, res simplex, cuius nullae discretiae

t) Substanzen im strengsten Sinne, bey denen die Zusammensetzung eine zufällige Relation der Substanzen ist, ohne welche diese als für sich beharrliche Wesen bestehen müssen.

u) dicit enim in thesi alterius repugnantiae: im ersten Falle würde das Zusammengesetzte wiederum nicht aus Substanzen bestehen. Da nun dieser Fall der Voraussetzung widerspricht etc.

funt partes, sua natura non potest spatium explere. Quapropter spatium non potest, ut KANTIO videtur, in tot partes dispesci, in quot res diuidenda fuerit, simplices eius partes deprehensuro, quoniam certe duea eiusmodi res ad spatium formandum requiruntur. Quum vero nos, quibus non contigit, nisi experientiae cognitio, res simplices, compositis similes, cogiteamus, non mirum est, si, iis spatium repleri, existimamus.

Hinc vtrumque rationi conuenit, sive mundum eiusmodi rebus, quae in simplices dissoluuntur nequeant, sive, eum simplicibus constare, dixeris.

### §. 69.

Præterea KANTIVS ex eo, quod, nisi libera quaedam natura adfuerit, a qua omnis rerum, sese ex regula quadam excipientium, ordo projectus sit, infinita caussarum series statuenda esset, quam a nobis plene cogitari non posse, recte vidit, minus recte, ni fallimur, collegit, talen natum necessario existere. Licit enim nos infinitae rerum seriei notionem animo capere nequeamus, impediti experientia, limitibus circumscripta, illa tamen lex, qua nihil sive caussa satis definita fiat, / non laeditur, v) Nam illa caussarum series haud dubie definita est. Sed quomodo definitus esse possit infinitus rationum ordo, id quidem nos, omnis infinitatis cognitione exclusi, comprehendere nusquam valemus. Qui autem, infinitam caussarum seriem esse non posse, eo putant effici, quod, si nulla caussa aeterna fuerit, illæ singulae aliquando non fuerint, ideoque omnis illa rationum series olim non exsisterit, vocabulo *omnis* falluntur, quippe quod rei tribuant, in quam non cadas. Eo enim ipso, quod de *omnibus* illis caussis loquuntur, earum seriem absolutam, i. e. finitam, animo concipiunt, et illius vitii, quod petitionem principii dicunt, iure accusantur, quia quaesito de eo est, vtrum illa series absolui possit, nec ne, i. e. vtrum finita sit, an infinita.

### §. 70.

v) das ohne hinreichend a priori bestimmte Ursache nichts geschehe.

## §. 70.

Neque id satis comprobatum esse videtur, omnia naturae legibus geri, ita, ut libertas locum non habeat. Nam naturis liberis rerum ordinem non turbari, turbatumque tolli, experientia nos docere videatur, quae in primis per summam constantiam, qua maxima interdum alicuius actionis impedimenta videntur, humani animi libertatem indicare videtur, eam tamen, quae non, nisi per corpus, naturae legibus aperte subiectum, vim exsiceret queat, ideoque ita limitata, ut homo libere quidem decernere, sed nihil peragere possit, quod leges naturae, quominus fiat, impedian. Quum vero res quaelibet iis conuenienter plurium effectuum causa exflare possit, id tamen hominis arbitrio relictum est, ut effectum eum eligat, qui ipsius consilio optime respondere videatur. Necessestas naturae hominem non cogit ad hoc, vel illud faciendum, sed plura, quae fieri possunt, ipsi proponit, ut, quid facere velit, optio ipsi detur. w) Id quidem verum est, ex aliqua actione suscepta multa prouenire, quae, ea omissa, nunquam habuissent locum. Sed naturae ordo hac re qui turbetur, non inteligo, licet rerum successio immutetur. x)

w) id, quod Prodigii historia notissima bene depinxit, (XEN. Mem. II, 1.  
21 sqq.)

x) HVMIVS (vid. inquiry concerning human Understanding, Lond. 1738. in Essays and Treatises on several Subjects,) necessitatis cognitionem in nobis nasci, censet, consuetudine, quam, quas res eodem semper ordine se exciper, videamus, eas eadem ordine necessaria fececcipere, statuimus, quia prior sequentis causâ esse videatur. Hanc vero necessitatem, qua quamlibet causam necessario sequatur effectus, vel in hominie reperiiri, inde colligit, quod, alicuius hominis ingenio atque indole saepius obseruata, quid certa quadam sub conditione facturus sit, praecidere possumus, quod adeo omnium hominum tanta reperiatur similitudo, ut, certe maxima pars quam e duabus rebus electura sit, diuinare queas; neque tum, quam in hac re erramus, causam, arbitratur, esse in hominum libertate, qua necessitatis illius vim frangant, sed in nobis metiis, quippe quos causâ, qua illi impulsi sint, latuerit, qua necessitatis lege omnes historiae, politices, variarumque disciplinarum aliarum regulas nitit, demonstrat, quae, illa concussa, corruerent. Libertatem vero eam nuncupat facultatem, qua voluntatis

Quapropter humana mens, vitrum omnia ferrea necessitatis vi, an aureae libertatis arbitrio gerantur, de eo iudex sedere non potest. y)

*vim et rationem sequi eique conuenienter vel agere, vel non agere possis,*  
*i. e. qua vim tuam exferere, vel quietus manere queas, prout vel hoc,*  
*vel illud elegeris. Praeterea hominem non posse damnari ob male*  
*facta, nisi illa, quam statuit, necessitate agnita, ostendere conatur*  
*(pag. 105) his verbis: Men are less blamed for such actions, as they*  
*perform hastily and unpremeditately than for such, as proceed from deli-*  
*beration. For what reason? but because a hasty temper, though a con-*  
*stant cause or principle in the mind, operates only by intervals, and infests*  
*not the whole character. Again repentance wipes off every crime, if ac-*  
*counted with a reformation of life and manners. How is this to be ac-*  
*counted for? but by asserting, that actions render a person criminal,*  
*merely as they are proofs of criminal principles in the mind; and when,*  
*by an alteration of these principles they cease to be just proofs, they*  
*likewise cease to be criminal. But except upon the doctrine of necessity,*  
*they never were just proofs, and consequently never were criminal. It*  
*will be equally easy to prove and from the same arguments, that liber-*  
*ty, according to that definition above mentioned, in which all men agree,*  
*is also essential to morality, and that no human actions, where it is wan-*  
*ting, are susceptible of any moral qualities, or can be the objects either*  
*of approbation or dislike. For as actions are objects of our moral sen-*  
*timent, so far only as they are indications of the internal character,*  
*passions, and affections; it is impossible, that they can give rise either to*  
*praise or blame, where they proceed not from these principles, but are*  
*derived altogether from external violence. Videtur igitur libertatem*  
*in eo ponere, quod omni vi externa exempti, animi vim, i. e. necessitatem*  
*quaasi internam, sequi possimus. Sed quanta haec sententia labo-*  
*ret difficultate, quam Deum omnium male factorum autorem luculen-*  
*ter prodat, ipse vidit. Deinde ex eo, quod quasdam hominum actio-*  
*nes praevidere possumus, illam necessitatem parum recte probare co-*  
*natur. Nam 1) eas nunquam certo praevidemus, sed probabiliter,*  
*2) eo nihil efficitar, nisi hoc, homines pro libertate sua in actionibus*  
*decernendis quasdam sequi solere regulas, quas sibi ipsi praescrip-*  
*rint, quo celerius decernere queant. Denique illam necessitatem ut*  
*statuas, vbi de aliorum factis, aut poena aut praemio dignis, iudica-*  
*veris, non videtur opus esse. Sed id ipsum, quod alium ob male*  
*facta, quae inconsulto perpetravit, non damnamus, alium vero, qui*  
*confutio egit, poena dignum censemus, videtur demonstrare, nos in*  
*is rebus, quae deliberato fiant confilio, non agnoscere necessitatem,*

## §. 71.

Quum denique de eo lis agitur, vtrum natura quaedam per se necessaria adsit, necne, KANTVS, eam exflare, inde probat, quod, quicquid conditionibus subiectum sit, id plenam conditionum seriem vsque ad id, quod sine conditione per se necessarium inueniatur, ponat. Sed, etiam si nos conditionum ordinem ita absoluere soleamus, infinitatis cognitione delstituti, is tamen infinitus esse potest. Deinde quod dicit, illam rerum caussam necessario ad mundum, sensibus obnoxium, pertinere, id non possumus concedere, nisi illam formulam sic

G 2

easque ideo homini imputare, quia vltro malum eligere potuerit. Prae facta vero, quae quis commoto animo egit, ideo condonamus, quia, quam difficile sit nobis, animo agitatis, libertate vti, intelligentes, eum quasi necessitatibus vi abrepsum judicamus.

Neque est, vt Hymio videtur, corrupta animi indoles caussa elezioni mali, quippe quae potius eo ipso, quod quis malum eligit, corrum patur.

KANTIVS autem libertatem, cum necessitate coniunctam, in homine reperiri posse, his verbis ostendit, (vid. eius *Grundleg. z. Met. d. Sizzen*, pag. 117) *der Mensch, der sich auf solche Weise als Intelligenz betrachtet, setzt sich dadurch in eine andere Ordnung der Dinge, und in ein Verhältniß zu bestimmenden Gründen von ganz anderer Art, wenn er sich als Intelligenz mit einem Willen, folglich mit Caussalität begabt, denkt, als wenn er sich wie Phänomen in der Sinnewelt wahrnimmt, und seine Caussalität, äußerer Bestimmung nach, Naturgesetzen unterteilt.* His vero non, nisi hoc videatur effici, hominem se nunc liberum, nunc naturae necessitatibus subiectum, cogitare posse, prout se vel extra experientiacē aeam possum (noumenon,) vel eidem obnoxium (phaenomenon) considerauerit. Quam autem, ipso KANTIO concedente, rerum, e serie experientiae exemptarum, nulla nobis sit cognitio, videatur eius explicacionem fecuti, libertatem potius sperare, quam nobis vindicare posse.

y) consulto enim diximus, experientiam aliquam nostrae mentis libertatem prodere *videri* et quidem tamē, qualis, naturae ordine optime servato, locum habere possit, sed vtrum vere libero arbitrio vtatur in eligendo, an aliquis naturae ordo necessarius inscios nosmetiplos ad hoc, vel illud alteri preferendum cogat, id nos, quorum cognitio experientia nititur, nescimus.

velis interpretari, vt dicatur ille rerum autor vim quandam in mundum exserere,

§. 72.

Deinde, mundum posse neque ipsum necessarium esse, neque aliud quid necessarii continere, inde, putat, effici, quod ita series rerum tota necessaria, singulæ eius partes conditionibus adstrictæ essent. Sed si omnis rerum ordo sumitur necessarius, eo ipso etiam omnes eius partes necessariae statuuntur. Nam rerum ordo necessarius est is, cui nihil, quod ei adest, deesse, nihil, quod ei deest, adesse potest. Hinc quicquid ei inest, ei inest necessario. Extra mundum vero primum rerum autorem deprehendi non posse, inde ostendere studet, quod ipsius actiones ad ipsum rerum, in sensu incurrientium, complexum pertineant. Sed eum ipsum propterea ad mundum adspectabilem referendum esse, mihi nondum perfusasit. Quae cum ita esse videantur, neque de eo humana ratio videtur iudicare posse, vtrum Deus sit, necne, quia experientia hanc rem cum docere non potest.

§. 73.

At si quis probabilem hic sequi velit rationem, quali KANTIVS vititur, qui ideo, quia menti nostræ insideat felicitatis, virtuti nostræ accommodatae, cupidio, quae, nisi Deus sit, expiri nequeat, Deum esse, credere suadet, is facile Deum ex rerum natura agnoscat. Experientia enim docet, esse aliquem mundum, in quo varia immutentur, immutari vero nihil sine causa, vnde ad causam primam ascendimus, in qua acquiescamus, studio quodam ducti, omnia tandem perficiendi. Hanc causam Deum dicimus. Vtrum vero hic mutationum autor a mundo dispersus sit, necne, vtrum haec vis mutandi rebus ipsis insideat, an iis aliunde aduenirit, id rationem latet, quia id, experientia duce, non potest cognoscere. Sed ea tantum eo nos perducit, vt aeternam mutationum causam statuamus, vel mundum aeternum, vi mutandi sese instruatum, vel Deum, a mundo secundum. Hanc vero causam esse sapientem, inde colligimus, quod sapienter agere videtur, eam esse nobis potentiorem, ex tanta vi, qua rerum

mutationes efficiuntur, eamque esse benignam, ex ratione, qua rerum creatarum felicitati consultum esse, appareat, concludimus. Sed si quis ex rerum natura summam Dei sapientiam, omnipotentiam immensamque benignitatem probare suscepit, id, quantum video, vix poterit assequi. 2) Putamus igitur, nos dupli via ad Dei natu-

- z) nos igitur, qui ex huius vniuersi natura, Deum esse perfclissimam naturam, probari posse, negamus, illa Kantiana argumenti, quod dicunt, cosmologici, refutatio non tangit, his verbis concepta: *Wenn der Satz richtig ist: ein jedes schlechthin notwendiges Wesen ist zugleich das allerrealste Wesen, als welches der neuau probandi des cosmologischen Beweises ist.* (ex illorum quidem, qui eo nimium probare student, sed non ex nostra sententia.) *So muss er sich, wie alle bejähende Urtheile, wenigstens per accidens umkehren lassen;* also: *einige allerrealste Wesen sind zugleich schlechthin notwendige Wesen.* Nun ist aber ein ens realissimum von einem anderen in keinem Stücke unterschieden, und was also von einigen unter diesen Begriffen embalzenen gilt, das gilt auch von allen. *Mithin werde ichs auch schlechthin umkehren können, d. i. ein jedes allerrealste Wesen ist ein notwendiges Wesen.* Weil nun dieser Satz blos aus seinen Begriffen bestimmt ist, *so muss der bloße Begriff des realsten Wesens auch die absolute Notwendigkeit desselben bey sich führen,* welches der ontologische Beweis behauptete, und der cosmologische nicht anerkennen wollte. (Kr. d. r. V. p. 636.) Si KANTIVS (ibid. p. 637) pergit, in illo arguento principium, ex quo omnis rei statuitur causa, extra mundum, sensibus obnoxium, esse adhucitum, non videtur recte sensisse. Nam illo principio utimur in rebus huius mundi, quarum vero causam quam sensibus nullam comprehendamus primam, eam in sensu non incurrere, conicimus, eoque ipso, quod Deum sine causa per se esse statuimus, appetet, nos illud principium ultra experientiae limites hanc transferre. Aliam, illam probandi rationem reprehendendi causam KANTIVS inuenit, (l. l. pag. 638) in eo, quod, quia infinitam causarum seriem animus capere nequeat, pri- mam aliquam esse, falso colligamus. Sed ea vis, quam illi argumen- to tribuimus, qua id omnibus omnino hominibus satisfaciat, et non vi- detur tolli, quia cunctis studiis res omnibus numeris absolundi innatum est. Hinc si vel maxime ratio, sibi satisfactum esse, temere putauerit, vt KANTIO videtur, subiectua tamen vis arguentii ma- neat. Nam vitrum ratio, virtutis praemium expectans, propterea, vt ipsi satisfiat, Deum esse, recte statuat, id quoque non potest probari. Illud denique, quod KANTIVS nobis obiicit, id, quod cogitari possit, (logi-

28

ram statuendam experientia adduci, altera, qua ratio de rebus, ad mores spectantibus, meditans, (practica.) virtutis remuneratorem, altera, qua ratio, rerum nexus et originem secum reputans, (theoretica,) unam causam primam, a qua omnia repeti possint, desideret.

Ceterum, quamquam experientiam in philosophiam quasi postliminio reducere conati sumus, concedimus tamen, apparere ex ante dictis, quam parum certa sint, quae in rebus, a sensuum vi paullo remotioribus, mens humana iudicare audeat, siisque confirmari, quantum opere ipsius Dei reuelata aliqua doctrina indigemus.

*sche Möglichkeit,)* in illo argumento cum eo permutatum esse, quod esse per se possit, (*transcendentale Möglichkeit,*) i. e. ex eo, quod Dei notio a nobis formari queat, fallo conclusum esse, Deum etiam extare posse, parum ad nos pertinere videtur. Quum enim causa, quare, quid cogitari possit, esse nequeat, nobis nulla appareat, neque eius, quod esse possit, nobis alia sit nota, nisi ea, quod eius cogitatio locum habeat, vis argumenti subiectua vix, puto, eo infringitur.

Quare vero ad euincendum, Deum esse, opus fit alio argumento, non petitio ex animi humani indole, ideoque omnibus naturis sufficiente, non videmus, quum non, nisi hominibus nostram de Deo persuasionem probare studeamus.

Wittenberg, Diss., Ergbd. 8, 1797-1801




f

70>00

Sl.





DE COGNITIONE A PRIORI QVALEM KANTIVS  
STATVERE VIDETVR DVBITATIONES

QVAE DAM

QVAS  
AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS VENIA

# P R O L O C O

INTER EOS QVI HVIC COLLEGIO ADIVNCTI SVNT

RITE OCCUPANDO

DIE XIX. FEBR. A. C. CLCICCCCC.

H. L. Q. C.

**EXAMINANDAS PROPONIT**

## P R A E S E S

# CAROLVS THEOPHILVS ANTON

AA. LL. M. ET PHIL. ORD. ASSESSOR EXTRAORD.

## ASSUMTO SOCIO

JOANNE AVGVSTO ZEVNE

## VITEBERGENS

A A . L L . M A G .

VITEBERGAE  
LITERIS TZSCHIEDRICHII